FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

# Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

## De inofficio testamento. Rubrica.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

pœnam ignis per iſtam l. & quod ipſe defendit eum. dicendo ꝙ cum ipſe eſſet illuſtris. vt ſ. eo. l. ſi quis aduerſus. nullus alius inferior à rege poterat eum condemnare. vt ſ. titu. ij. l. quoties. & ꝙ iſta l. debet intelligi de miniſtris ipſius procura. vt ſunt baiuli, & exactores: aliâs contradiceret illa l. quoties.

LEX X.

1 NVllum. †Officiales procuratoris cæſaris in cauſa ciuili debent conueniri coram ipſo ꝓcuratore. Sed in cauſa criminali coram præſide. hoc dicit. Sic videmus in ſcholari qui conuenitur coram rectore in cauſa ciuili,[a] ſed in cauſa criminali coram poteſtate: vt no. in authen. habita. ı. ne filius pro parte.

*Quando liceat unicuique ſine iudice ſe uendicare ob publicam deuotionem.* *Rubrica.*

1 *Quid ualeat ſtatutum diſponens, ut licitum ſit occidere uel offendere bannitum.*
2 *An permittendo offendi bannitum, uideatur permiſſum quod poſſit occidi.*
3 *Si aliquis fecit pacem cum inimico: & promiſit eum non offendere ſub pœna, & poſtea ille fuit bannitus, an poterit eum impunè offendere ex forma ſtatuti, ut non teneatur de pace rupta.*
4 *Statutum quòd uulneratus ab aliquo, uel percuſſus poſſit propria authoritate & uulnerantem uel percutientem ſimili uulnere uel percuſſione offendere, quod poterit talis huic ſuo fauori renunciare.*
5 *Si aliquis minatur alicui quòd ipſum interficiet, uadat per quancunque uiam, & uult quòd ille poſſit præuenire: & illum impunè occidere, ſi erat talis qui conſueuerat minas ſuas mandare executioni.*
6 *Vbi per legem uel ſtatutum permittitur offenſa non eſt licita defenſio.*

LEX I.

1 LIberam. †Viſum eſt in præcedentibus coram quibus iudicibus poſſit quis ius proſequi ſuum: in iſto tit. ponuntur caſus in quibus non expedit ꝙ aliquem iudicem adeat, ſed propria authoritate pōt ius ſibi dicere. etiam occidendo, ſcilicet in nocturno depopulatore agrorum, & in robatore ſeu in latrone ſtratarum, & in deſertore militiæ. Nam licitum eſt tales occidere, & etiam capere: nec illis eſt licita defenſio, & ſi in captura ſe defendāt poſſunt occidi impunè. & hoc eſt introductum ob publicam vtilitatem.† Et ideo dicunt doc. per iſtas ll. valere ſtatutum quo cauetur vt licitū ſit occidere, vel offendere bannitum.[b] quia concernit publicam vtilitatem. videbatur contrarium. quia permittit homicidium: ſed ſicut permittitur iudicibus & miniſtris reipubli. ita promittitur cuilibet priuato. quia in hoc ſunt miniſtri reipublicæ. † An autē permittēdo offendi bannitum, videatur permiſſum ꝙ poſſit occidi. doc. videntur tenere ꝙ ſic. quia appellatione offenſæ venit occiſio. & hoc cōſuluit Bar. in conſi. quod incipit. Statuto caſtri plebis. Illā q. plenè diſputat Gandinus circa fi. operis ſui. & Ioā. An. in addi. Spec. titu. de conſti. ſuper rubri. Alij diſtinguunt an ſit bannitus pro maleficio ex quo imponitur pœna mortis, & verum ſit hoc. an pro cauſa pecuniaria. & tūc ſecus. ſed communiter videtur teneri contrarium. ſi ſtatutum dicat ꝙ bannitus à centum libris ſuprà poſſit impunè offendi. quia hoc fit vt timore huius veniat ad ſoluendum ſicut videmus in excommunicatione: quæ dicitur medicinalis. vt timore eius quis veniat ad obedientiam. & quia (vt dixi) tale ſtatutum concernit publicam vtili. cui quis non poteſt renunciare. vt l. ius publicum. ff. de pac. diſputat Bar. in q. quę incipit. Lucanę ciuitatis &c. & determinauit ꝙ 3 ſi aliquis fecit pacem cum inimico,[c] & promiſit eum non offendere, ſi poſtea banniatur: vel eſt bannitus, ꝙ poſſit poſtea per ſtatutum offendi bannitus, nō obſtante pace & promiſſione facta poterit eū offendere: nec tenebitur de pace rupta. nec incideret in pœnam. vide quod no. Ioā. An. in c. fruſtra. de regu. iur. l. ı. lib. [illegible] in mercurialibus. Bal. no. in l. accuſatio. ſ. quod me. cau. dicit hoc eſſe verum quando fauore publico ſtatutum hoc permitteret. vt eſt quando permittit etiam cuilibet nō offenſo à bannito. 4 ſed ſi permitteret fauore priuato, vt † in ſtatu. florentino. quo cauetur ꝙ vulneratus ab aliquo, vel percuſſus poſſit propria autho. vulnerantē vel ꝑcutientē ſimili vulnere vel percuſſione offendere. nā hoc cenſet facere ſtatutū potius in fauorē offenſi. vt habeat ſuæ iniuriæ vltionē: quā fauore publi. & tūc poterit huic fauori ſuo renuntiare. l. ſi quis in cōſcribendo. ſ. de pac. ideo faciendo pacē, & promittendo nō offendere: non poterit poſtea vti beneficio ſtatuti. Tene menti. quia ſubtiliter imaginatus eſt. & ibi oīno vide per eū.
5 † Per iſtū tex. ibi dū dicit. [minabatur.] videtur dicere Bald. ꝙ ſi aliquis minatur alicui ꝙ ipſum interficiet vadat per quācūq; viam. vult ꝙ ille poſſit præuenire, & illum impunè occidere. per rationem quę hic ponitur. [melius eſt enim &c.] hoc eſt periculoſum dictū: nā homines frequenter ex iracundia vel ſuperbia prorūpūt ad talia verba, & tn̄ non facerēt. ideo melius eſt diſtinguere an ſit talis qui conſueuerat ſuas minas executioni mandare, & tunc, verum dicit Bald. aliâs ſecus ar. in l. famoſi. ſ. ij. vel iij. ff. ad l. iul. maieſt. vbi habet̄ ꝙ lubricū linguæ nō debet facilæ ad pœnā trahi. Vidi tamen ſemel fuiſſe factū. quia: quidam bonus ciuis & apothecarius cū haberet verba cū quodam, ex iracundia dixit ego faciam te ſuſpendi & vadas per quancūq; viam velis. ille in paucos dies cū reperiret ipſum in horto interfecit ipſum. caueas ergo à talibus verbis ſi prudenter vis viuere: & non mineris alicui vnquā de offendēdo ipſum quia ſcribitur in marmore, & in medio pectoris. Not.
6 etiam in l. ſeq. † ꝙ vbi per l. vel ſtatutum permittitur offenſa, nō eſt licita defenſio. ideo ſi quis vadat cā capiēdi bānitum pro pecunia, & bannitus ſe defendat, & illum interficiat, licet primò eſſet bannitus pro pecunia, nunc bānietur in perſonam. quod nō eſſet ſi defenſio fuiſſet licita. ad hoc ſ. de his qui ad eccle. confu. l. ſi ſeruus. in fin. & quod not. Bald. ſ. de inſa. l. decuriones.

a ¶ Cauſa ciuili. Adde Frāci. paui. ī tracta. de ꝑtāte capituli ſede va. in x. q. ij. ꝑtis.
b ¶ Bānitū. Adde Nellū in trac. de bānitis vbi diffuſè: & an poſſit offendi qui appellauit: vide ꝑ Bar. in l. iij. ſ. ſi ſeru⁹. ff. de acqui poſ. in l. ı. ff. nil no. app. interpo. & ī l. qui à latronibus. in ſ. ſi q9. ff. de teſta.
c ¶ Inimico. Adde qd ſi feci pacē cū titio & ꝓmiſi eū nō offendere ſub certa pœna. qd ſi conſanguineus offendit eū, an dict⁹ Titius incidit ī pœnā: vide Pet. de anch. in c. ſciāt cūcti de elec. li. vj. Ant. de Bu. & Io. de imo. in c. ij. de renun.

*De inofficioſo teſtamento.* *Rubrica.*

1 Poſtquam vidimus de iudicibus, coram quibus cauſæ ſunt tractandæ. ſequitur videre de ipſis cauſis. ſed quia cauſæ vtiles digniores ſunt, & maiores quàm particulares. vt eſt petitio hær. infra de peti. hære. l. ſi. volens ab illa incipere permittit iſtum titulum. in quo tractatur de querela inoffi. teſtam̄, quæ intentatur per filium exhæredatum contra hæredem ſcriptum, & per eam irritatur teſtamentum: & etiam aditio hæreditatis. & hæreditas deuoluitur ad cauſam inteſtati, & ſic aperitur via petitionis hæreditatis ab inteſtato. vnde eſt præparatoria petitionis hæreditatis, E atequā filius in ea obtineat, non habet petitionem hæreditatis. nec eam intentare poteſt ſicut & tit. ad exhi. vel actio ad exhibendū eſt pręparatoria rei ven. l. ad rem mobilem. ff. de procu.

2 *Petitio hæreditatis directa contra quem detur? & quid de utili?*
*An petitio hæreditatis directa uel utilis, ſit idem quòd querela?*
3 *Querela quando datur contra fideicommiſſarium uniuerſalem poſt reſtitutam hæreditatem, ſi fertur ſententia ſuper querela contra teſtamentum: & ſic reſcinditur: & nūc uult exhæredatus intentare petitionem hæreditatis contra fideicommiſſarium poſſidentem, an illa petitio erit utilis, uel directa?*
4 *Hæres ſi fuit grauatus reſtituere partem hæreditatis, & ita reſtituit: an ſi actum eſt cōtra fideicommiſſarium, & obtentum, ſententia præiudicabit hæredi in parte quæ ſibi remanſit?*
*Quid econuerſo, ſi actum eſt contra hæredem?*
5 *An iſta lex hodie non procedat per auth. ex cauſa: qui rupto teſtamento per querelam legata & fideicommiſſa firma permanent: licet rumpatur directa inſtitutio.*

LEX. I.

1 CVm de inofficioſo. † Contra fideicōmiſſarium vniuerſalem qui bona poſſidet, datur querela inofficioſi teſtamēti. qua ꝓlata cōtra eūdē datur petitio hæreditatis: tanquam contra poſſidentem pro hærede: vel pro poſſeſſore. hoc dicit. Sed ante eam prolatam i. eſt antequam ſit ſententia reſciſſoria teſtamenti, non poſſidet vel pro poſſeſſore habetur. quia ille qui taliter poſſidet, non eſt hæres licet reputet ſe hæredem: ideo datur contra eum petitio hæreditatis. quæ non daretur ſi eſſet verus hæres cum illa actio detur vero hæredi contra illum qui non eſt verus hęres. ſed poſſidet tanquam verus hęres vtiliter tamen. quia per reſtitutionē hæreditatis tranſeunt vtilia. & fideicommiſſarius loco hæredis habetur. vt l. ſi filius. ff. quod cum eo. ideo nō datur petitio here.

ſed reſciſſo teſtamẽto deſinit eſſe hæres.etiam vtiliter: & incipit
tenere pro hærede, vel pro poſſeſſore. & ex tunc incipit contra
eum cõpetere peti.hęre.vt in ij.dicto huius legis.in ver.[vt per-
inde.]& primò loquitur de querela poſtea de peti.hęre.& expo
2 nitur.[perinde].i.exinde ſecundũ glo.ad quã veniamus.† Præ-
mitte ꝙ habemus peti.hære.directam: quæ datur contra illũ qui
prætendit ſe habere iura directa & vtilem.quę datur contra illũ
qui prætendit ſe habere iura vtilia.puta iure fideicommiſſ. Item
præmitte ꝙ quidam antiqui(vt Guarnerius)tenuerunt qđ peti.
hære.directa vel vtilis,idem ſit cum querela,vel econuerſo que
rela eſt eadem cũ peti.hære. Item ꝙ intentando querelam,cẽſea
tur quis intentare peti.hære. quia apparet ꝙ vult hæreditatẽ ha-
bere,ſicut in ſimili.quæ intentat bo.poſ.contratab. ad reſcinden
dum teſtamentũ,cenſetur intẽtare bo.poſ. vnde liberi ab inteſta
to:vt l.cum quidem.ff.de bo.poſ.His pręmiſsis quęritur de duo
bus.primò quæ erat ratio dubitandi in hac l.glo. primò reſpon-
det ſecundũ prædictos.ꝙ peti.hære.non datur contra titulo poſ-
ſidentem.vt l.hæreditatem.j.in qui.cau.ceſ.lon.tem.præſcri. ſed
ſi fideicommiſſarius vniuerſalis habet ti.teſtamenti.ergo contra
illum non datur peti.hære.Et ſi ſic eſt:ergo non poteſt intentari
contra illum querela:quia cenſeretur intentata peti.hære.tamen
contrarium eſt.quia ille ti. habetur pro non ti.ita dixerunt anti-
qui:ſed quia habeatur pro non titulo glo.ſequens ma. poſt prin.
in ver.[ſed contra primam.]volendo ſuſtinere dictam opi. anti
quorum.ꝙ querela & peti.hære.ſint idem:& ꝙ intentando.que
relã cenſeatur intentata petitio. reſpondet ſecundũ eos ad dictã
oppo.verum eſſe ꝙ peti.hære.non datur contra poſsidentem.ti.
ſ.particulari in vna re.vel in aliquibus: ſed contra poſsidentem
vniuerſali.vt contra illum qui emit totam hęreditatem ad alium
quã venditorem pertinentem.ſi erat malęfidei.vt l.nec vllam.§.
j.ff.de peti.hære.& ſi maiorem partẽ hæreditatis. Iſte autẽ fidei-
commiſſarius habeat ti.vniuerſalem. & debet intelligi iſta l.quã
do erat malæfidei:quia ſciebat teſtamentũ eſſe inofficioſum: me
ritò cõtra ipſum põt dari peti.hære.quia ti.habetur pro nõ tit.ſi-
cut in qbuſdam alijs.caſibus Breuiter diuinatio eſt dicere ꝙ hic
erat malæfidei.Itẽ falſum eſt ꝙ peti.hære.& querela ſint idẽ: cũ
habeant diuerſos terminos & tractatus:vt l.ſi idem.j.de cõdi. Itẽ
falſum eſt ꝙ intentando querelam,cenſeatur intentata peti.hęr.
quia querela datur exhæredato:qui non eſt hæres, contra illum
qui eſt verus hæres.nam teſtamentum inofficioſum valet mero
iure.& ex eo poteſt hęreditas adiri.& contra verũ hęredẽ datur
querela l.ſi non mortis.§.fi.ff.eo.datur ergo ei qui non eſt hæres
contra verum hæredem.Sed peti.hęre.ecõuerſo datur ei qui eſt
verus hęres.aliàs enim non haberet eam.ſicut & rei vend. datur
ei qui eſt verus dominus.Item contra eum qui non eſt hęres,vel
non eſt dominus, ſed reputat ſe hęredem: vel dominum.& hoc
important illa verba poſsidere pro hęrede:vel pro poſſeſſore:nõ
ꝙ ſit verus hęres:cum ergo ante ſententiam latam in querela, &
ſic antequã ſit reſciſſum teſtamentum non ſit hęres: non eſt ſibi
nata peti.hęre.ergo non poteſt dici ꝙ intentata querela cenſeat
intentaſſe peti.hęre.& hoc proſequere per gl.plenius in l.qui de
inoffi.teſt.ff.eo.dicit tamen ibi glo.in fi.not.ꝙ ſi expreſsè, & ſub
conditi.deduceret peti.hęre.procederet libellus.puta peto teſta
mentum reſcin.quo facto peto pronunciari hęreditatem ad me
pertinere. ſecus ſi ſimpliciter & purè. & idẽ ſi videtur tacitè in-
tentata.ſecundũ prędictos.quia cenſeretur iure intentata. quod
fieri non poteſt expreſsè.ergo nec tacitè.reſponde ergo ad dictã
opi.ſecundũ glo.ibi:quod non placet: imò aliud prorſus eſt que
rela &c.& ibi dum dicit:& hoc expone &c. quod fideicõmiſſa-
rius vniuerſalis bene habet titulum antequã ſit obtentũ in quere
la. & iſte titu. non impedit intentari querelam. quia illa ſemper
datur contra habentem verum titu.& habentem ius in hæredita
te.ſed poſtquã eſt obtẽtum in querela,ille titu.eſt reſciſſus. & ex
tunc contra eum datur petitio hæreditatis:quia poſsidet pro hæ
rede:id eſt tanquã hęres.cum tamen non ſit.& hoc vult iſte tex.
in fi.& ſic non ſimul competunt iſtę actiones. & eo tempore cõ
tra eundem:ſed ſucceſsiuè vna poſt alteram.& exponitur.[per-
inde].i.exinde.Sed nunc redeundo ad prin.gloſ. & retenta opi.
antiquorũ.quia tex.in illo ver.[vt perinde.]videtur facere quã-
dam ſimilitudinem de vno caſu ad alium : quæritur quis ſit ille
caſus?ad quem per ſimilitudinem reſpõdent illi antiqui.ſ. ad ca
ſum quo querela & directa peti.hære.daretur contra hæredem

directum:quia clarum eſt quod poteſt dari.& ſicut tunc quere
la,& peti.hære.directa ſunt idem, & intentata querela cenſetur
intentata peti.hære.contra illum qui eſt verus hæres,& poſsidet
pro vero hærede,& ſicut daretur peti.hęre.directa contra illum
qui non eſt hæres,ſed poſsidet tanquã directus hæres,& ſic pro
hærede,vel pro poſſeſſore.ita & in caſu noſtro contra fideicom-
miſſarium vniuerſalem qui eſt vtilis hęres.Breuiter iſtę ſunt am
bages.& iſta glo.ſatis ineptè recitat opi.antiquorum.patet tamẽ
3 declarata per prędicta.† Nunc extra glo. quęritur primò quan-
do querela datur contra fideicommiſſarium vniuerſalem poſt
reſtitutam hęreditatem:vt in caſu huius l.in prin.ſi fertur ſentẽ
tia ſuper querela contra teſtamentum, & ſic reſcinditur, & nũc
vult exhęredatus intentare peti.hęre.contra fideicom. poſsidẽ
tem,an illa petitio erit vtilis:vel directa?glo.iſte ſecundùm anti
quos tenent ꝙ ſit vtilis.Item Guli.de Cu.dicens ꝙ per ſententiã
prędictam reſcinditur titu. quem habet fideicommiſſarius: non
ille titu.qui remanſit apud hęredes:quia etiam reſtitutione facta
remanſit hęres directus,& fideicommiſſarius eſt vtilis.ergo nõ
poteſt filius plus conſequi per reſciſsionem quã eſſet apud fidei
commiſ.ſed apud eum non erant niſi iura vtilia:ergo &c.Bal.vi
detur ſentire ꝙ reſcindatur etiam titu. qui remanſit apud hęre-
dem: quia fideicommiſ. effectus eſt procurator in re ſua.iſta ra-
tio parum concludit: & plus dictum Guliel. quia ſententia lata
contra fideicommiſ. qui habet cauſam ab hęrede, non pręiudi-
cat hæredi.ſicut lata contra ſucceſſorem ſingularem non præiu
dicat actori:vt l.ſi à te.§.j.vel ij.ff.de excep.rei iudi.ſed econuer-
ſo ſententia lata contra hæredem ante reſtitutionem hæred. vel
poſt,& cùm querela fuiſſet intentata,aut poſtea facta, reſtitutio
præiudicaret fideicommiſſario.& omne ius in ipſum tranſit: ta-
men reſoluitur.tex.eſt ſingu.in l.ſi patroni.§. penul. qui incipit.
actiones.ff.ad Trebel.& tunc acquiret peti.hære. directam tam
contra fideicommiſſarium poſsidentem, quã contra quemcunq
alium.ſecundũ Guli.de Cu.qui ſubtiliter loquitur:ſed ſi quere
la foret intentata contra hæredem ſcriptum poſt reſtitutam hæ
reditatem, ſententia lata contra hæredem non faceret præiudi-
cium fideicommiſſario,vt l.facta.§.ſi hæres.eo.titu.& argu.eorũ
4 quę habentur in l.ſi ſuperatus.§.fi.ff.de pig.& l.pręſes.j.eo.†Sed
ponamus ꝙ hęres fuit grauatus reſtituere partem hęreditatis,&
ita reſtituit.quæritur ſi actum eſt contra fideicommiſſarium,&
obtentum:an ſententia præiudicabit hæredi in parte quæ ſibi re
manſit:dic quod non.vt ſ.dixi. ſed econuerſo ſi actum eſt con
hæredem,& obtentum, an ſententia præiudicet fideicommiſſa-
rio in parte reſtituta:diſtingue vt ſ. dixi de tota. an fuerit actum
5 poſt reſtitutionem,vel ante.† Vltimò videtur ꝙ iſta l.hodie nõ
* procedat per authen.ex cauſa.*j.de libe.præte.*quia rupto te
ſtamẽto per querelam rumpitur directa inſtitutio, ſed legata &
fideicommiſſa tam particularia quàm vniuerſalia firma perma-
nent per illam authen.ergo contra fideicommiſſarium non pote
rit intẽtari querela:nec peti.hære.quia & ſi exhæredatus egiſſet
querela contra hæredem,& obtinuiſſet hæreditatem,tenetur re
ſtituere fideicommiſ.vniuerſali virtute illius authẽ.ergo ſi fidei-
commiſſarius poſsidet,nõ poteſt ab eo auocare:vt in regula cal
damus:Breuiter ſecundùm Bal.verum eſt.niſi ratione legitimę
quàm poſſet retinere filius exhæredatus ſi egiſſet contra hære-
dem,& obtinuiſſet.Nam eodem modo ſi poſt reſtitutionem hæ
reditatis vult agere contra fideicommiſſarium querela, & poſt
victoriam petitione hæreditatis,& legitimè conſequatur, pote
rit.Et iſta opinio.eſt valde ſubſtantialis: & miror quòd nec Cy.
nec Bar.eam fecerunt nec gloſ.

2 *☞ Bonorum poſſeſsio cauſa litis agnoſcendæ qualis ſit? & propter quid fuerit in-
ducta, & quis ſit eius effectus?*
3 *An hodie iſta bonorum poſſeſsio gratia litis agnoſcendæ ſit neceſſaria? cùm emācipa-
tus hodie admittatur ad ſimilitudinem filij in poteſtate.*

LEX II.

1 QVanuis. †Per bonorum poſſeſ. cauſa litis agno-
ſcendæ intentatam & obtentam per fi-
lium emancipatum exhæredatum, volentẽ agere que
rela, non obtinet hæreditatem:nec eam à ſcriptis hære
dibus poteſt auferre:quia non tribuit ius:ſed aperuit viam que
relæ: ideo neceſſe eſt poſtea querelam intentari: & poſt quere
lam petitionem hæreditati.hoc dicit.tex.cum glo.de qua bono
2 rum † poſſeſ.cauſa litis agnoſcendæ.dic vt ff.eo.l.poſthumus.§.
fi.ad

ſi.ad l.ſe.& qualis ſit,& ꝓpter quid fuerit introductã: & quis ſit
eius effectus.gl.hoc declarat.& cõiter doc.videnẽ eã ſeq.ſed po
ſtea eã ſequiẽ Cy.qui aliter & ſubtilius intellexit,& credo ꝙ ve
rius.tamen cõmuniter.& etiã Gui.de cu.ſequitur gl. veniamus
ad caſum recto intellectu.gl.ponit vſq; ibi.[Alij dicunt.]& re
ſectis alijs quæ poſtea ſequuntur.†in gl.quæritur an hodie iſta
bonorum poſ.gratia litis agnoſcendæ ſit neceſſaria: videtur qđ
non.quia emancipatus hodie per Iuſtinianũ cognoſcitur.& ad
mittĩ ad ſimilitudinem filij in poteſtate,tam de iure.C.vt l. me
minimus.infra de legi.hær.quàm de iur.auth.quo ſublato ſubla
ta eſt differentia emancipationis & pĩæ poteſtatis. vt in authẽ.
de hæredi ab inte.ſi cognoſcitur ab inte.de iur.ci.ergo & contra
teſtm̃.vt poſsit ipſum quęrelare.ſi fuit indebitè exhęredatus:abſ
que eo ꝙ obtineat licentiam à prætore viuo per bo. poſ. gratia
litis agnoſcendæ.Gui.tamen de cu.tenet contrarium.per l.præ
cipimus.de app.infra quia ꝙ nõ mutatur,ſtare non prohibetur.
& per iura noua & nouiſsi.non corriguntur vetera.niſi in cauſa
inteſtati.non ex teſtõ:vel cõtra teſtm̃:ſeu qñ eſt factũ teſtamẽtũ:
& hoc dicit gl.alibi.in l.ſi emãcipati.j.de colla. Poſſet tñ dici cõ
trariũ.per id ꝙ no.Bar.in l.gallus.§.& quid ſi tm̃.ff.de li.& poſt.
nã ſi verũ eſſet ꝙ dixi,ſequereẽ ꝙ habens filium emancipatum
& nepotẽ ex eo in ptãte retentũ,ſi inſtitueret emãcipatũ:& præ
teriret nepotem,teſtamentũ eſſet nullũ.ſicut.olim erat.vt d.§. &
q̃d ſi tãtũ.& tamẽ nepos in ſucceſsiõe inteſtati nihil haberet: qa
pater ſuus ſibi præferreẽ.poſtq̃ hodie cognitus eſt de iure ciuili
cuius cõtrariũ determinat ibi Bar.nã cã teſtati regulaẽ ad cãm
inteſtati:vt l.maximũ vitiũ.circa mediũ.j.de lib.præte.& hoc mi
nus placet ſuperflua eſt ergo hodie illa bo. poſ. ſicut & plures
aliæ de qbus dic vt l.certũ.j.vñ cog.Pe.aũt dicebat ꝙ illa bo.poſ.
nõ impetrabaẽ ad hũc finẽ:vt poſſet intẽtare querelam.& vt co
gnoſcereẽ de iure ci.qa remediũ prętoris.nõ habet hoc cõe cum
remedio iuris ciuilis:nec ꝓpter illud ius ciuile magis cognoſcit:
vñ licet emãcipatus de iure ver.obtineret bo.po.vñ liberi,nõ ꝓ
pterea efficiebaẽ hr̃s de iur.ciui.ſed dicit ipſe ꝙ impetrabatur ad
aliũ finẽ.qa ſi emãcipatus obtinebat in quærela , & reſcindebat
teſtm̃.nõ ꝓpterea efficiebatur hęres ſuus & neceſſarius. ſed erat
merè volũtarius:& ſi volebat hæreditatẽ,habebat petere bo.po.
vñ liberi.qa ergo poterat reddere patrẽ inteſtatũ intẽtãdo quęre
lã.rũpẽdo teſtm̃,& poſtea nõ petẽdo bo.poſ. vñ lib. imò non
ſolũ inteſtatũ,ſed fortè etiã ſine hærede.ſi nullus alius eſſet pro
pinquus q vellet hæreditatẽ:& hoc eſt valde odioſum & vitupe
rabile vt qs decedat ſine hærede.fuit introductũ vt ſi volebat
intẽtare quærelã,debeat ſe obligare ad capiẽdũ hæreditatẽ ab in
teſtato:& ſic petere bo.poſ.gratia litis agnoſcẽdę:qa diciẽ potius
vñ liberi.licet adhuc ſibi nõ cõpetat añ per datã quærelã, ſic &
nõ videẽ ꝙ poſsit implorari.tñ ius ꝑmittit ꝙ poſsit, & ꝙ teneaẽ
eã implorare.tñ nõ habebit effectũ quouſq; poſtea obtineaẽ in
quærela:& tũc incipiebat habere effectũ:& efficieẽ hæres ab in
teſtato de iure præto. Et tũc poterit auocare hæreditatẽ à ſcripto
hęrede p bo.poſ.hr̃ditatis petitiõe.Iſta fuit imaginatio ſua.cõtra
quã tñ facit.qa i exhæredato à matre eadẽ rõ eſt.qa reſciſſo teſta
mẽto efficiẽ ſuus & neceſſarius.& eſt in volũtate ſua an poſtea
velit hæreditatẽ,vel nõ.& tñ nõ reperiẽ ꝙ ſi vult agere quærela,
debeat ſe obligare ad capiẽdã hæreditatẽ:iõ trãſeamus cũ cõmu
ni intellectu.ſcđm intellectũ Pet.eadẽ rõ eſſet hodie ꝙ olim. &
ſic iſta bo.poſ.eſſet neceſſaria:qa licet emãcipatus hodie cogno
ſcaẽ de iure ciuili.ad ſimilitudinẽ filij in ptãte,nõ tñ eſt ſuus &
neceſſarius:ſed merè volũtarius hæres.põt tñ adhuc de iure ci.ꝙ
olim non poterat:ſed habebat neceſſe venire per bo.poſ.infra tẽ
pus debitum:ſed aditio poteſt fieri perpetuò.vt no. in l. licet. in
fra de iure deliberandi.

1 Præteritio materna facta ſine cauſa hodie non habetur pro exhæredatione:ſed red-
dit teſtamentum nullum.& nu. 5.
2 Præteritus à patre,quòd non habeatur pro inſtituto,etiam in caſu legis.& nu.4.
4 Mater ſi præterijt filium iam natum quem credebat ſe non habere , ſed fore mortuum:
an habeat locum iſta lex,ut habeatur pro inſtituto,ſi inſtituit alios filios?
Quid ſi conſtat de intentione matris,quòd noluit aliter prouidere?
5 Ratio diuerſitatis inter præteritionem paternam,& maternam.
6 Si mater in teſtamento inſtituit unum de filijs iam natis in octo uncijs,& alium in qua-
tuor uncijs,quantum habebit iſte poſthumus præteritus?
7 Si filium iam natum inſtituit in legitima tantum,& extraneum in reſiduo,an iſte poſt-
humus habeat querelam contra extraneum,& totum ſibi auferat, & diuidat inter
ſe & fratrem?

8 Quòd unus hæres non teneatur alteri per actionem ex teſtamento dare partem ſuam
cum quilibet accipiat à ſeipſo:non à cohærede.
Quo iure iſte poſthumus petere poterit ſuam uirilem portionem?

LEX III.

1 SI mater. †Iſta l.ponit vnum caſum ſingularem,
qui nõ reperitur alibi. in quo filius præ
teritus habetur pro inſtituto authoritate huius l.quan
do tria concurrunt.ſ.ꝙ ſit præteritus à matre,& ꝙ ma
ter ignoranter præterijt, neſciens ſe illum filium debere habere.
& poſtquã ſciuit,non habuit tempus mutandi teſtamentũ. quia
mortua eſt in puerperio. quo incepit ipſum habere. & tertiò ꝙ
in teſtamento fuerint inſtituti alij filij:ſecus ſi extranei cõcurren
tibus ergo prædictis tribus habetur.pro inſtituto in virili portio
ne hæreditatis.quia erant duo filij inſtituti.& venter præteritus.
poſthumus.qui natus fuit, habebit tertiã partẽ hæreditatis alias
duas tertias diuident inſtituti inter ſe. vel equaliter , ſi equaliter
fuerũt inſtituti:vel inequaliter.ſi iequaliter inſtituti fuerũt: vt ff.
de vul.& pu.l.qui cum.plures.deficiente autẽ aliquo iſtorũ non
habeẽ pro inſtituto.ſed pro præterito , & per cõſequens pro ex
2 hæredato iure iſto.ſed †hodie præteritio materna facta ſine cau
ſa nõ habetur pro exhęredatione ſed reddit teſtamentũ nullũ:vt
no.per glo.in auẽ.de hære.& fal.§.exhæredatos rũpetur teſtamẽ
tum agnatione poſthumi præteriti,ſicut rũpitur teſtamentũ pa
3 tris.ff.de inſu.teſt.l.poſthumorũ.in †pręteritione autem paterna
non habet locũ iſta l.vt præteritus habeatur pro inſtituto : etiã ſi
fuit ignoranter præteritus:nec pater habuit tẽpus mutandi teſta
mentũ:vt l.militis codicillis.§.miles in ſupremis.ff.de teſt.mi. &
quod no.in l.vxorem.ff.de manu.teſta.in glo.& fundatur proui
ſio huius l.in triplici fauore. ſ. fauore teſtamẽti. ne teſtamentum
rumpatur per querelam.Item filiorũ inſtitutorũ.Item filij pręte
riti non excludantur ab hęreditate materna.Item & quartò in fa
cto materno.quia non habet tẽpus mutandi teſtamentũ.quod ſi
4 habuiſſet,veriſimiliter prouidiſſet.†Sed pone ꝙ pręterijt filium
iam natum,quẽ credebat ſe nõ habere,ſed fore mortuum: an ha
bebit locũ illa lex,vt habeaẽ pro inſtituto. ſi inſtituit alios filios.
videtur ꝙ non.quaſi ſit ſpeciale quãdo mortua eſt in puerperio.
contrarium ſentit glo.ordinaria.in l.cũ mater.ff.eo.in glo.j.Item
pone ꝙ conſtat de intentione matris ꝙ noluit aliter prouidere,
puta ꝙ ſibi fuit dictum ꝙ prouideret circa teſtamentum quod
fecit:& ipſa reſpondit quod non curabat : ſed volebat ſtare ſicut
ſtat:& ſtatim mortua eſt.tenet hic Guli.de Cu. ꝙ iſte filius non
habetur pro inſtituto:& poterit intẽtare querelã:quia iſta lex nõ
ponit præſumptionẽ iuris & de iure.contra quã non admittitur
probatio in cõtrarium.ſed iuris tantũ:ſed in incertis nõ certis lo
cus eſt cõiecturis.l.cõtinuus.§.cũ ita.ff.de ver.obli.ſecundũ hoc
difficile eſt iſtã l.ſuſtinere.nam licet fortè tempore teſta.nõ eſſet
prægnans,vel eſſet:tamen nõ credebat,negari non põt quin añ
partũ vel prope partũ ſciret ſe pręgnantẽ:& ſic habuit tẽpus mu
tandi teſtamentũ: & tamen nõ mutauit ergo videẽ ſibi imputan
dum.quod tñ iſta l. non cõſiderat.ſed dũtaxat an poſt natiuitatẽ
habuerit tẽpus mutandi,vel nõ ſecundũ Guli.an noluerit muta
re,vel ſit dubiũ.Bal.format illud dubiũ.& nõ ſoluit: ſed dicit co
gita.põt dici ꝙ ideo nõ cõſideratur tẽpus anterius.quia licet ſci
ret ſe prægnantẽ,ignorabat tñ an ſalua deberet parere. quia pau
cæ ſunt quæ nõ dubitẽt de tali caſu.& ꝙ ignorabat an eſſet pari
tura maſculũ,vel fœminã.vel aliter vellet ꝓuidere circa maſcu
lũ,& aliter circa fœminã:ideo nõ eſt curãdũ de tẽpore anteriori.
& ſic habet locũ etiã in illi quæ tẽpore teſtamẽti ſciebat ſe præ
gnantẽ:vel etiã ignorabat ſed poſtea nõ potuit,niſi ſciret. & iſta
declarãt hãc l. In gl.j.ibi.[illud in maribus.] ſ.teſtatoribus. quia
præteritio patris de filio in poteſtate,nõ haberur pro exhæreda
tione.& ideo reddit teſt.nullũ:ſi erat iam natus.ſed ſi natus non
erat,nõ reddebat nullũ à prin.vt l.iij.§.j.de inju.te.ſed nato poſt
humo rũpiẽ teſtamentũ ipſo iure:& ſic nõ eſt neceſſaria querela
inofficioſi.ſed pręteritio mr̃na habebaẽ olim pro exhæredatiõe.
vt inſti.de exhæ.li.§.mr̃.& ſic teſt.nõ reddebaẽ nullũ. & ſic erat
neceſſaria querela.eodem modo ſi nõ erat natus,naſcẽdo poſtea
non rũpit ipſo iure:ſed habet querelã.vt hic poſt principiũ. Sed
5 †hodie pręteritio materna ſine cauſa reddit teſt.nullũ.ſi tñ cum
cauſa. Idẽ hodie ꝙ olim. vt ſ.dixi. Quæ aũt ſit ratio diuerſitatis
inter præteritionẽ paternã.& maternã.dic vt no.Bar.in l.in ſuis.
ff.de lib.& poſth.quia dñium rerum maternarũ non tranſit ipſo

iure in filios:ſicut bonorum paternorum: ideo non erat neceſſa-
ria expreſſa exhæredatio : ſed alium inſtituendo videbatur filiũ
exhæredare:non ſic in patre. niſi exhæredaret expreſsè. quia cũ
dominium per legem tranſeat in filiũ,neceſſe eſt ꝙ pater ſibi au
ferat per expreſſam exhæredationem.aliàs non poteſt in aliũ cõ
ferre.quia duo non poſſunt eſſe domini inſolidum eorundẽ bo-
6 norum:ideo pręteritio non habetur pro exhęredatione.† In glo.
quæ incipit.[etiam ſi ſcripti hæredes.]quæritur primò circa fin.
huius l. quid ſi teſtatrix vnum de filijs iam natis inſtituit in viij.
vncijs,& aliũ in quatuor,& ſic primus habet in duplo plus quã
ſecundus quantũ habebit iſte poſthumus præteritus.glo.vult ꝙ
etiam tunc habeat virilem.i.tertiã partem hære. ſicut ſi ſuccede-
rent ab inteſtato.& ſic habebat locum ille tex.aliæ duę textiæ re
manẽt apud inſtitutos:de quibus debebunt facere tres partes.&
primus inſtitutus in viij. vncijs habebit. ij. & alter inſtitutus in
quatuor habebit vnam.& ſic ſeruabitur voluntas teſtatoris.quę
voluit vnum habere in duplo plus quã alium.vt l.quicũ plures.
ff.de vul.& pu.facit l.ſi ita.in prin.de li.& poſth. Sed op.in fi.gl.
ꝙ imò iſte poſthumus debet habere tantũ quantũ ambo iam na
ti.& ſic dimidiam partẽ hæreditatis:quia lege cauetur ꝙ ſi teſta-
tor diſtribuit totũ aſſem inter quatuor , puta inſtituit vnũ in ſex.
* vncijs alterũ in alijs ſex:quia hæreditas diuiditur in xij.varijs.*
l.ſeruũ.§.hæreditas.ff.de hæ.inſti.& §.hæreditas.inſti.eo.ſi poſt-
ea inſtituat alterũ in alteram partem, cenſetur tranſiſſe ad dupõ
dium:& facere de qualibet vncia duas.& ſic de xij. xxiiij. & ſic
duos aſſes.& cenſetur voluiſſe ꝙ primi duo habeãt vnam,& al-
ter inſtitutus ſine parte alteram habeat.vt inſti.de hære.inſti.§.ſi
verò totus.ſed hoc eſt huiuſmodi : quia diſtribuit totũ aſſem in-
ter iam natos:& poſtea lex illa habet pro inſtituto iſtum poſthu
mum:cui teſtatrix nullam partem aſsignauit.tertiò cẽſetur inſti-
tutus in alio aſſe.ſ.diuiſa tota hr̃ditate in xxiiij.vncijs.primi duo
habent xij.& ille poſthumus alias xij.& ſic tantũ ipſe ſolus,quã-
tũ primi duo.& ſic in effectu dimidiam partem hæreditatis.glo.
ſoluit ꝙ contrariũ loquitur in inſtituto ſine parte ab ipſo teſtato
re.lex illa loquitur in eo qui nõ fuit inſtitutus à teſtatrice:ſed ha
betur pro inſtituto ab illa l.vnde noluit ipſumvocare ad aliũ aſ-
ſem,ſed ad virilẽ.ne ſit melioris conditionis quã alij duo.& ſatis
debet ſufficere. In glo.fi.ibi.[ſed nullo inſtitutovel pro inſtituto
habito cõpetit querela.]Illud nõ erat verũ iure veteri ante Iuſti
nianũ, quia inſtitutus in minori parte quã ſit legitima , habebat
querelã: & rũpebat totũ teſtamentũ.hoc corrigitur hodie , quia
ſolũ agit ad ſupplementũ,quod ſuccedit loco querelæ. vt j.eo.l.
oĩmodo,j.eo. ſimiliter inſtitutus in integra legitima ſi in ea erat
grauatus,habebat querelã. & hodie hoc corrigitur fauore teſta-
menti:ne rũpatur,& remouetur omne grauamẽ. vt j.ea.l.quoniã
in prioribus.& fortè habuit glo. reſpectũ ad dictas leges nouas.
in q.tamen gl.videtur æquius dicendũ.ꝙ ſi eſt vtilius & ęquius
ꝙ ille poſthumus pręteritus habeat querelã, ſibi ſit concedenda
7 contra extraneum. † Quid enim ſi mater filiũ iam natũ inſtituit
in legitima tantũ,& extraneũ in reſiduo? certè æquũ videtur ꝙ
poſthumus habeat querelam cõtra extraneũ, & totum ꝙ habet
ſibi auferat,& diuidat inter ſe & fratrem,quia non debet priui-
legium habere ex illa l.pro hoc j.de teſta.l.hac cõſultiſsima. vbi
ſi extraneus miſceretur cũ filio,teſtamentũ non ſolenne valet re
ſpectu filij tantũ:& nõ reſpectu extranei.facit etiam l.ſi.j.cõmu
8 nia vtriuſq; iudi.in verbo.ſi autẽ extranei.† Vltimò quærit Gul.
de Cu.& Bar.poſt eum,quo iure ille poſthumus, petere poterit
illam virilem portionem:an condi.ex iſta l.an actio. ex teſtamẽ
to? & dicunt quod actione ex teſtamento , quã habet mediante
teſtamento,& ſic formiter.condi.verò extra l.datur quando in-
formiter.i.non mediante cauſa apta producere actionẽ.ſicut di-
ximus in iuramento informiter præſtito.quod parit vtilẽ actio
nem ex illa cauſa:& præſtitum informiter parit actionem in fa-
ctum Breuiter Bal.dicit eos erraſſe: & credit ꝙ per inaduerten-
tiam.quia neutra iſtarum actionum competit:ſed ſola petitio hę
reditatis.nam vnus hæres nõ tenetur alteri per actio.ex teſtamẽ
to dare partẽ ſuã.quia qlibet accipit à ſeipſo:non à cohærede.vt
l.ſed & ſi ſub cõditione.ff.de hære. inſti. & ſecus in legatarijs &
fideic.quia capiunt ab hærede:nõ à ſeipſis.vnde ipſi bene habẽt
actio.ex teſtamẽto.& hoc fortè voluerunt prædicti Gul.& Bal.
aliàs maxime erraſſent. Vltimò quærit Bald. an ille poſthumus
habebit remediũ.l.edicto.j.de edi.diui Adri.tol. vt poſsit petere
ſe mitti in poſ.bono.videtur ꝙ non quia illud remediũ datur hę
redi.ſcripto. ille autem dicitur ſcriptus , qui videri poteſt oculis
corporeis.l.j.ff.de his quæ in teſt.delen.Sed iſte viſo teſtamento
non poteſt videri ſcriptus.ſed bene poteſt intelligi oculis mẽtis.
ipſe tamẽ tenet cõtrariũ.Intellige dictũ eius facta fide corã iudi
ce,& confecta ſcriptura qualiter fuit filius talis mulieris defun-
ctæ,& præteritus in teſtamẽto: & tunc dabitur vtile remedium.
ſicut dicunt glo.& doc.in inſtituto in præſentia teſtium ſine ſcri
ptura notarij.quia facta examinatione teſtium habebit remediũ
illius l.& ſimiliter venientes ab inteſtato facta fide quòd ſint p-
pinquiores:& poſtea illa ſcriptura producetur coram iudice.&
petetur miſsio in tenutam bonorum.

LEX IIII.

1 CVm ex cauſa. † Per querelam non retracta-
tur libertas relicta per fideicõ
miſſum:& ſemel data.h.d.ſupple hanc l.per l.Papinia
nus.§.fi.ff.eo. quia manumiſſus tenebiẽ dare filio ex-
hæredato xx.aureos pro ſeipſo. Item iſtud quod hic dicitur pro
cedit:ſiue querela intentetur infra quinquennium,& ſic de iure
cõmuni:ſiue poſt ex magna cauſa impedimẽti.& ſic de iure ſpe
ciali:& hoc in libertate data per fideicõmiſſum : quæ nullo mo
do retractatur:quia nititur duplici voluntate,ſeu conſenſu.vide
licet teſtatoris & hæredis manumittentis. Sed in relicta directò
quę non nititur niſi voluntate teſtatoris,diſtinguitur.an intenta
tur querela intra quinquenniũ,& ſic de iure communi debetur.
imò reſcinditur:ſicut & alia legata nõ fauorabilia.an poſt quin
quenniũ de iure ſpeciali.& tunc idẽ ꝙ in fideicommiſſaria:quia
non reſcinditur. ſed ſoluit xx. aureos vt hæc habentur in tex.&
glo.in dicto §.finali.cum l.ſequenti.ff.eodem.

2 ☞ *Querela quando dicatur præparata?*
3 *Querela non præparata quando tranſmittitur,non tranſmittitur ad extraneos:ſed ad deſcendentes tantum.*

LEX V.

1 SI pater tuus. † Querela præparata tranſmitti
tur.ad quoſcũq; hęredes.h.d.di-
citur autem præparata poſt lit.conte. ſuper ea. vt hic:
vel etiam poſt. aut ante datum libellũ poſt petitionẽ
bo.poſ.gratia lit.agna.de qua in l.ij.s.eo.vel poſt controuerſiam
motã.cum appareret ꝙ exhæredatus vult eam intentare.vt hic
habẽtur in l.poſthumus.§.fi.cum l.ſeq.ff.eo.nam ſi poſtea exhæ
redatus decędat,tranſmittit ad quoſcunq; hęredes.vt hic.ſupple
niſi præparatione facta receſsiſſet per tranſa.vt s. de tranſ.lis
mota.& ibi no.per Bar.tunc enim etiam quando eſſet præpara-
ta,non tranſmitteretũr ad hæredem:quia odioſa, ſicut nec actio
iniuriarum tranſmittitur ad deſcẽdentes ipſius filij exhæredati.
vt j.eo.l.ſcimus. in fi. ſicut lapſa hæreditas aſcendentis etiam nõ
adita tranſmittitur ad deſcendentes.per tit. de his qui ante apa.
tab.Et hoc quando competit contra teſtamentum aſcendentis
ratione prædicta.Sed quando contra teſtamentũ fratris turpem
perſonam inſtituentis,& fratrẽ prętereuntis.vt j.ea.l.fratris.&.l.
fratres.quo caſu loquitur illa l.glo.quæ eſt hic.videtur idem ſen
tire.dum alle.illam l.ſcimus.in fi.Pe.Cy.& alij tenent contra.q
non eſt eadẽ ratio.nam hæreditas fratris nõ adita non tranſmitti
tur ad deſcendẽtes fratris. ergo nec querela cõpetẽs contra teſ.
2 fratris.Tene menti.† In tex.ibi.[vel poſtquã propoſitum abieciſ
ſet.]ſupple.& ad aliquem actũ exteriorẽ proceſsiſſet.per quẽ
peteret de ſuo propoſito.& tunc diceretur querela pręparata vt
s.dixi.Non autem ſufficeret propoſitum in mente retentum.ſi
cut nec in aditione hære.ſufficit volũtas adeũdi ſine aliquo actu
3 exteriori.vt no.in l.pro hærede.in prin.ff.de acqui.hære.† In tex.
ibi.[ te hærede relicto deceſsit.] Idem ſi reliquiſſet inquẽcunq;
extraneum.ſed quando tranſmittitur non pręparata,non tranſ
mittitur ad extraneos:ſed ad deſcendentes tantum.

2 ☞ *Donatio inofficioſæ facta per patrem,qualiter poſſit reſcindi?*
3 *Filius exhæredatus:cui pater fecit relictum quod eſt minus legitima:non poteſt hodie intentare querelam:ſed debet agere ad ſupplementum.*

LEX VI.

1 CVm quæritur. † Exhr̃datus nõ habet querel.
ſi ſibi fuit relicta integra legiti
ma:quæ eſt quarta pars bonorũ quæ habebat teſtator tẽ
pore mortis ſuæ.h.d. In tex.ibi.[ an filij.]exhæredati ſub.etiam
indebitè.quia ſine iuſta cauſa. nã nihilominus valebat teſt. tunc
ſi ted.et

[illegible]licet poſſet expugnari per quærelā.hodie verò idem.ſi cau[illegible] fuit expreſſa:licet non eſſet vera quia ſeruata eſt ſolenni[illegible] à iure requiſita de filijs inſtituendis,vel exhęredandis.vt l.in [illegible] cætera.ff.de libe.& poſthu.& l.Gallus.§.in omnibus. In tex. [illegible][ſi quartam bonorū partem.] ſupple deducto ære alieno, vt [illegible]l.Papinianus.& §.quanta.& §.quoniam autem.& iſtud de [illegible] corrigitur hodie per authē.nouiſsima.hic poſita quia eſt
2 [illegible]tia,vel ſemis.ſecundū numerum liberorū. † In tex.ibi.[mor[illegible] tempore.]hoc etiam corrigitur per auth.vnde ſi parens.quia non ſemper inſpicitur tempus mortis, ſed etiam inſpicitur tempus anterius. ſi pater extenuauit patrimonium ſuum per donationem.nam filio debetur licentia.i.quarta,vel tertia non ſolùm de bonis quæ pater habebat tēpore mortis,quę fortè erant pau[illegible] ſed etiam de illis quæ habebat tempore donationis;quę fortè erant multa.& ſic reſcinditur donatio inofficioſa per querelā inofficioſæ donationis.vt ibi.& in ti.proxi.quod etiam iure veteri digeſtorū videbatur introductū.vt in l.Titio Seio.& §.ſeq.ff.de leg.ij.ſed ſi alio modo pater diminuebat patrimoniū,ſufficiebat & ſufficit q̄ habeat quartam vel tertiam de bonis quæ reperitur habere tēpore mortis.vt in hac l.Sed oppo.q̄ imò licentia ſecundum illa tempora ſit quarta pars illius portionis quę tangit filiū ab inteſtato.nō autem quarta vel tertia omnium bonorum.vt j. eo.l.parentibus.Solu.aut quæritur de licentia filiorū. & eſt quarta,vel tertia omnium bonorum inter omnes æqualiter diuidenda.vt in auſ.nouiſsima:aut quęritur de legitima vnius filij,;cum ſint plures:& eſt quarta,vel tertia illius portionis quæ ipſum tāgit ab inteſtato.vt in d.l. parentibus. & hoc recidit in idem cum
3 primo.† In tex.ibi.[inſpicitur.] quia ſi ſibi fuit relicta integra legitima,non poteſt intentare querelam:etiā ſi velit repudiare relictum.ſecus ſi non fuit relicta integra iure illo. ſed hodie etiā tūc non poteſt intentare querelam:ſed debet agere ad ſupplementū. vt j.eo.l.omnimodo.quinimò etiā iure veteri quando filius erat exhæredatus & ti.legati , vel donati. cauſa mor. vel inter viuos fuerat relictum,vel datum aliquid minus licentia, non habebat querelam.ſed agebat ad ſupplementum.caſus eſt in l.ſi non mortis.eo.ſed ſi non erat exhæredatus,ſed inſtitutus in minori parte legitima , habebat querelam iure veteri.ſed hodie per l.omnimodo.non habet:ſed agit ad ſupplementū.Sed oppo.quia filius [illegible] debebat habere legitimam iure inſti.& ſi non erat inſti[illegible],teſtamentum erat nullum: licet iure legati vel fideicōmiſ. legitima eſſet relicta:vel ſi erat emancipatus , intētabat contrata. vt l.ita tamen.§.qui rogatus.ff.ad Treb.& hoc eſt clarum ſecundùm omnes.Solu.verum eſt ſi non erat exhęredatus,nec inſtitutus.licet indebitè. ad excludendum ipſum à querela ſufficiebat relinquere iure legati.caſus eſt hic.vel dona.vt in d.l.ſi non mortis.nō tenebaſ eam acceptare,ſi nolebat:ſed acceptando ſibi pręiudicabat in querela:ſed legitimā tenebatur acceptare:vellet nollet.& ita intelligitur illa l.quia tunc(cùm pater ſit mortuus)non poſſet prouidere.ſi non acceptaret:ſed quando vult donare,non cogitur acceptare quia poteſt prouidere pater ipſum inſtituendo.facit l.ſi verò.§.fina.ff.de bo.liber.Tene menti prædicta. quę declarant iſtam materiam.

2 *[illegible] ſtatutum quomodo legitima poßit augeri,uel minui?*
3 *Quomodo hodie debeat aliquid relinqui filio iure inſtitutionis: & quod deeſt ſuppleatur uel ex legatis,uel fideicommißis:quæ computantur in legitima:uel ex alijs quæ proueniunt ex facultate defuncti. & uide omnino.nume.5.*
4 *[illegible] inſtituatur in aliquo , licet ei iure legati uel fideicommißi relinquatur maior pars hæreditatis:teſtamentum non ualet.*
5 *Quid ſi ſtatutum auget legitimam,an etiam requiratur titulus inſtitutionis?*
6 *Legitima quæ debetur aſcendentibus,an debeat relinqui iure inſtitutionis?*
7 *Quid etiam in teſtamento inter liberos debeat relinqui legitima titulo inſtitutionis: & quid ſi noluit teſtari,ſed diuidere bona ſua inter filios.*
8 *In aſcendentibus ſi erat pater, & mater, an quilibet eorum debeat habere tertiam pro ſua legitima. & an ſufficiat una tertia inter ambos?*
9 *Ea quæ ſtatuuntur in legitima debita iure naturæ non cenſentur ſtatuta in falcidia uel Trebellianica. & quid econuerſo?*
10 *Si ex pluribus filijs unus inſtituatur uniuerſaliter,& alij in eorum legitima,an inſtitutus computetur in numero,ut habeat partem legitimæ?*
11 *Si unus ex quatuor filijs eſt incapax,an portio ſua remaneat apud alios tres?*
12 *Si unus eorum eſt exhæredatus,an portio ſua remaneat apud inſtitutum: an apud alios?*
13 *Si pater inſtituat filium uniuerſaliter in omnibus bonis , & uxori ſuæ legat uſumfructum omniū bonorū,quod uxor nō debeat habere uſumfru. niſi pro duabus tertijs.*
14 *Item ſtatuto quod extantibus agnatis uſque ad quartum gradum mater non ſuccedat, an tunc debeat habere ſaltem legitimam?*

AVTHENTICA.

1 Nouiſſima. † Iſta authē.cōtinet quatuor dicta. Primū vſq; ibi:[quoquo relicti ti.] Secūdū vſq; ibi.[ex æquo.] Tertiū vſq; ibi[cuius portiōis.] Quartū vſq; in fi.Primū dictū corrigit l.cū quęrit.dū dicit ſi quartā bonorū.&c.& l.Papin.§.qm̄ aūt cū ſeq. & aliàs ſimiles. quæ dicūt legitimā omniū filiorū eſſe quartā partē totius hæreditatis.& ſic tres vncias.nō diſtincto numero liberorū:& ſic pater de dodrāte.ideſt nouē vncijs quæ faciūt tres partes:de quatuor poterat facere q̄ volebat,& relinquere etiā extraneis.dūmodo reſeruaret filijs & quartā partē totius.vt in l.parētibus.per iſtā auth.augeſ legitima.vt ſi tertia pars. i. quatuor vnciæ.ſi em̄ ſint quatuor,vel pauciores filij.ſed ſi plures,ſit ſemis.i. dimidia.ſic notaſ per ius poſitiuū poſſe augeri debitā iure naturæ:eo modo poteſt minui,vel etiā in totū tolli.vt no.per Cy.in l. ſancimus j.de nup.& Bar.ī l.Titio cētū §.Titio gn̄ro.de cōdi. & demō.& Dy.in capit.indultū.de reg.iu.in vj.licet videatur contrariū quia ius poſitiuū.nō pōt tollere ius naturale.vt inſt.de iu. na.§.ſed naturalia.ſed quia ius ſucceſsionis eſt de iure poſitiuo. ſicut ius poſitiuū potuit inducere:attenta tn̄ ratione naturali ita poteſt tollere:& hæc eſt cōmunis opi.licet quidā dixerunt q̄ bn̄ pōt minuere,ſed nō tollere.ſed certè ſi nō poſſet tollere,nec minuere.quia per hoc etiā tolleret minuendo vſque ad minimum. quod de bonis.§.fin.ff.ad l.fal.& quod dixi de iure poſitiuo cō-
2 interueniat iuramentũ.vt in c.ij.de pac.lib.vj.†Pro declaratione gloſ.opponitur ꝙ ille filius mortuo patre nõ poſsit agere querela,poſtquam aliquid à patre habuerit in vita:vel in vltima volũtate:etiam ſi nullum pactum feciſſet de non agendo. ſed debeat agere ad ſupplementum.vt in l.omnimodo.ſ.e.Gl.fatetur:& dicit ꝙ non repellitur à petẽdo ſupplementum ratione pacti:ſed à querela bene repellitur etiam ſine peccato. illam ſol. nõ videtur tex.pati.dum dicit ꝙ poſt mortem filius non agnouit iudicium patris:ſed oppugnandum putauit:qui enim agit ad ſupplementum.nõ impugnat teſtamentum:imo ad tollendum impugnationem fuit inuentum.vnde ſoluit gloſ.ſecundò. quod contrarium procederet quando in vltima voluntate eſſet aliquid relictum. vt tunc non agat querela: ſed petat ſuppleri legitimam.hic autẽ loquitur quando recepit inter viuos.quo caſu nõ agit ad ſupplementum.Si intentat querelam,quando non ſufficit ad legitimã. Illud videtur contra tex.in l.ſi non mortis.ff.eo. vbi recipit inter viuos:& ſi non ſufficit non agit querela. ſed ad ſupplementum. poſſet dici ſuſtinendo illam , quòd illud verum quando fuiſſet datum expreſsè vt computaretur in legitimam. vt j.§.proxi.& j. l.proxi.poſt princip. ſed quando ſimpliciter datum fuit ſiue per modum dona.ſiue ſimplicis datio & non fuit dictum quòd imputetur in legitimam,tunc non agitur ad ſupplementum ſi non ſufficit ad legitimam : ſed intentatur querela. & ita loquitur hic quod eſt intelligendum ſi fuit exhæredatus. ſed ſi nec exhæredatus,nec inſtitutus,tunc diceret teſtamentum nullum : etiam ſi per pactum promiſiſſet non venire contra teſtamentum. & iſta eſſet notabilis ſol.& eſſet hic caſus contra Barto. qui tenet in l.j. §.ſi parens.ſi quis a pa.fue.ma.ff.quòd in duo quando pater dat filio ſuo in vita, videatur dediſſe vt imputet in legitimã.ſed tunc fruſtra text. in ſequenti.§.requireret, ꝙ hic dicatur expreſsè. & etiam in l.ſi non mortis. vbi dicamus dictum Bartol. procedere quando non dedit per modum donationis , ſed ſimplicis dationis.quando autem per modum donationis non videtur donaſſe vt imputet in legitimam;niſi dicat expreſsè:& ita intelligatur hic ꝙ per modum dona.& nõ fuit dictum ꝙ imputaret in legitimã. Tertio modo ſol.glo.ꝙ contrarium procederet niſi pater filium aſtrinxiſſet per pactum. ſed quia aſtrinxit perdit prouiſionem. l. de qua confiſus non fuit & ſic agit querela:ſicut olim agebat: & totum teſtamentum expugnat:ſiue habuit inter viuos ſiue in vltima voluntate.ad quod j.de iure deli.l.fi.§.ſed quia quidam.vbi perdit prouiſionem illius l.qui de ipſa non confiſus noluit tempus ad deliberandum.& ſecũdum hoc eſſet magna limitatio ad l.omnimodo.ſ.eod.Tene menti.nam non videtur iſte tex. poſſe aliter intelligi:quia ponit caſum tam quãdo habuit inter viuos, quã quando in vltima voluntate : & tamen vult ꝙ poſsit expugnare teſtamentum non obſtante pacto. & non obſtante ꝙ aliquid habuit. & ſic iura vetera in hoc caſu remanent incorrecta quæ dabant querelam quando minus legitima fuerat relictum: vt l.parẽtibus.ſ.eo. Or ſufficit. Secundò opp.gl.de l.j.§.ſi parẽs. ſi quis à pat.fue.ma. vbi pater emancipans filium & aliquid ab eo recipiens,poteſt per pactum renuntiare contratab.bon. poſt quam erat habiturus contra teſtamentum gl. ſoluit pluribus modis.docto.tenent contrarium.Sol.quia iure veteri quando pater emancipabat filium,non habebat ius ſuccedendi ſibi niſi per pactũ ſibi reſeruaret.& tunc dicebatur emancipare cõtracta fiducia,& hoc ideo : quia deſinebat eſſe agnatus: vnde ſicut per pactum acquirebat ita & per pactum poterat ſibi tollere: vt ſi primò emãcipauit cõtracta fiducia,& poſtea recepit ab eo, & promiſit non intentare contratab.arg.ff.de ſol.l. prout quiſq;. hodie verò non ſoluitur ius agnationis inter patrem ꝙ filium per emancipationem.vt inſti.de legitima.agna.ſuc.§.fi.& no.in l.ij.vnde liberi.& ſic poteſt pater hodie ſuccedere ſine pacto.maximè per authẽ.defuncto.j.ad tertul. & in corpore vnde ſumitur ideo per pactum non poſſet ſibi tollere ius ſuccedendi filio.Barto.tamen videtur tenere illam ſolut. ꝙ ibi habuit tantùm quod ſufficiebat ad legitimam : ſed tunc etiam ſine pacto fuiſſet excluſus à contratab.quia illa non datur niſi ad conſequendum legitimam. ſi autem ad expugnandum teſtamentum in totum.vt patet in l.ſi filio.§.contratab.ff.eo.titu.& hoc gl. hic ſentit dum dicit quod ſi habuit integram quartam : & quod non excluditur ibi vi pacti, ſed vi exceptionis doli.

2 *Donatio facta per patrem filio inter uiuos, an ita demum computetur in legitimam, ſi fuit expreſſe dictam: & nu. 3.*

3 *Legata computantur in legitimam, etiam ſi non ſit dictum, dummodo filius aliquid habeat iure inſtitutionis.*

4 *Si pater uolebat inſtituere filium, & dixit filius quòd non inſtitueret, quia non intendebat habere ſuam hæreditatem, an ſi ipſum non inſtituat, ſed præterat, uel exhæredet, poterit dicere primo caſu teſtamentum nullum, & ſecundo caſu querelam.*

5 *Si pater bona ſua donauit cum conſenſu filij, an poſsit filius poſt mortem uenire con-*

1 ## §.Et generaliter.

†Filius qui accepit vel acceptat relictũ: à patre relictũ vel datum inter viuos vt imputetur in legitimam , non excluditur per hoc iure petendi ſupplementum:niſi expreſsè ei renuntiauerit. h. d. Sed contra.ſ.proxi.§.Solu.ibi renuntiauit in vita patris.hic poſt mortem. & ſic non eſt pactum de futura ſucceſsione tollenda.

2 Sed de præſenti. vnde non eſt reprobatum. ecce caſum.†Nota iſtum textum dum dicit vt[hæc inter viuos donatio.] quòd do-

b natio facta per patrem filio inter viuos ita demum computetur in legitimam:ſi fuit expreſsè dictum Barto.in l.in quartam ff.ad legem falcid.dicit hoc eſſe verum quando talis donatio fuit valida ab ipſo principio:vt quia facta filio emancipato. & ita dicitur quòd fecit Accurſius quando emancipauit domi. Franciſcum filium ſuum primogenitum. Vel quando filio in poteſtate tanquàm benemerito , & ſic tanquàm extraneo. illud vltimum non placet.quia tunc illud diceretur aduentitium:& non profectitium.vt not.in authen.vnde ſi parens.ſ.eo.& ſic nõ deberet imputari in legitimam:vt j.l.proxi.§. repletionem.in fi. ibi dum dicit quaſi iure aduentitio.&c. Si autem donatio non ſit valida à

3 princ.ſed confirmetur morte,tunc habet vim prælegati.†ſed legata computantur in legitimam.etiam ſi nõ ſit dictum dummodo filius aliquid habeat iure inſtitutionis.vt in authenti. vt cum de app.cog.§.aliud quoque capitulum.non tamen talis donatio quæ morte confirmatur, confertur ſecundùm communem op. not.in authen.ex teſtamento.j.de colla.Si autem donatio non ſit ſimpliciter.ſed ob cauſam dotis,vel dona.propter nupt. licet ab ipſo princ.eſſet valida.vt in l.Pompo.Philadelphus.ff.famil.erc. & no.in l.ij.in tit.j.in glo.j.nihilominus in legitimam cõputatur etiam ſi non ſit delictum.vt in l.quoniam nouella.ſ.eo.Breuiter poſito quòd primum dictum ſit verũ , quòd donatio facta filio emanc.

emancipato non cõputetur in legitimã [a] niſi ſit dictum, non tñ puto ſecundũ dictum eſſe verũ.videlicet q facta filio in poteſta te quę morte confirmatur,computetur etiã ſi non ſit dictũ: imo dico q requiritur q ſit dictũ ſi à principio ſit valida. & ille text. ſimpliciter loquitur tam de facta filio emancipato,quàm filio in poteſtate,& etiam per tex.in l.ſi non mortis.ff.eo.quæ nõ diſtin guit.Item per rationem: quia non confertur. ita videtur notari per glo.in l.illud.j.de colla.tamen non ſufficit hodie dediſſe filio titulo donationis inter viuos,vel cauſa mortis,ad hoc vt valeat teſtamentum:niſi aliquid fuerit relictum iure inſtitutionis: & tũc talis donatio imputabitur ſi fuit dictum:ſed ſi dictum non fuit, non imputabitur:ſed habebit eam præcipuam.& petet ſibi ſuppleri legitimam de alijs bonis.& ita videtur notari.in l. filiũ quẽ habentem.j.fami.erciſ.nam glo.in l.illud.vult q licet ſimplex donatio aliquando conferatur:vt quando eſt facta filio emancipato:vt in l.vt liberis.in fi.j.de colla.non tamen vnquã in legitimã computatur.niſi fuerit dictũ expreſsè.Item videtur hic text. [b] q ſi filius poſt mortem patris acceptat relictum ſibi factum, quod ad legitimam nõ ſufficit:& facit pactum hæredi de amplius nõ petendo:nihilominus poterit petere ſupplementum: quia pactũ debet reſtringi ad illud quod receperit.vt illud amplius non petat:non autem extenditur ad id quod non recepit. Sed quid ſi dicerct quòd promittit plus non petere:videtur Bald.tunc idẽ ſentire.mihi videtur q tunc non poſsit amplius petere: aliàs illud verbum plus non importaret aliquid:nõ enim poteſt referri ad id quod recepit.quia verba non patiuntur, ſed ad id quod non recepit.quod eſt plus.i.vltra illud quod recepit.Sed dicendo amplius non petere, congruè poteſt reſtringi ad id quod recepit quia fortè plures petijt extra iudicium: ſed nunc promittit amplius non petere.Item quid ſi pater appoſuit in relicto iſtã clauſulam,q nihil plus petere poſſet?dic adhuc habere locum iſtum tex.vt ſimpliciter petendo non videatur renuntiaſſe iuri agendi ad ſupplementum quia pater illam clauſulam apponere nõ potuit in prçiudiciũ filij:vt in auſ.vt cum de ap.cog.§.cæterũ, ſimpliciter ergo acceptando non cenſetur approbaſſe illud quod à iure erat improbatum.& quod apponi non potuit, & hoc ſentit hic Bald.no.licet in contrarium faciat.c.officij extra de teſta.ſed dic q cenſetur approbare illud quod fieri potuit.nõ autem illud quod de iure fieri non potuit, ſed quid ſi dixit ſi amplius petierit,cadat à dicto relicto? videtur quod teſtamẽtum per hoc reddatur nullum:quaſi filio nihil videatur relictum ſi plus petat.cõtrarium dic fauore teſtamenti quòd nec illud pater apponere potuit per ea quæ no.Bart.in l.j.ff.de his quæ pœ. no. & hoc etiam ſentit hic Bald.Et conclude ſecundùm Guil.de cu.ff.de tranſac. l.de his.quòd non cenſetur filius renuntiare legitimæ: niſi hoc expreſſè dicat.& ſic non cadit in generali renuntiatione. & ita intelligit iſtum text.ſed ego limito ſecundùm ſuperiora: quia ſi renuntiatio ſit in ipſa receptione eius quod eſt relictum pro legitima,& diceretur promitto amplius non petere:licet non diceret expreſſè rationem legitimæ,vel ſupplementi, deberet ita tamen intelligi ſecundùm naturam præ iacentis materiæ, ſuper qua factum eſt pactum.licet quidam videantur contradicere q requiritur,quòd expreſſe dicat per iſtum tex.dum dicit [ nõ adijciens vllam ſupereſſe ſibi de repletione quæſtionem. ] & ibi dum dicit. [ quod contentus relicta vel data parte, de eo quod deeſt nullam habeat quæſtionem. ] qui text.ſatis vrgẽt. † Vltimò glo.fina.diſputat vnam q.ſi pater volebat inſtituere filium, & dixit filius quòd non inſtitueret:quia non intendebat habere ſuam hæreditatem:quæritur ſi ipſum non inſtituat, ſed præteriret,vel exhæredet,an poterit dicere primo caſu teſtamentũ nullum & ſecundò caſu querelare? clarum eſt enim quòd ſi poſt mortem patris filius præteritus approbaret teſtamentũ: licet teſtamentũ eſſet nullũ,reconualeſceret de æquitate prętoria.vt in l.filio pręterito.de iniuſto teſta.An idẽ ſit ſi ab ipſo principio cõſenſit?videtur q ſic:quia facilius impedit̃ naſci ius impugnãdi, quã natũ tollat̃:& recõualeſcat id quod fuit nullũ.arg.in l.patre furioſo.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.& qđ not.in l. ſi teſtm̃. ff.de teſta.In contrariũ;quia plus operat̃ conſenſus & renũtiatio facta poſt mortẽ, quã facta in via patris:vt in illo §.in fi.iũcto §. pręcedẽt.Breuiter doc.tenẽt q ſi pater ipſum pręteriret vel exhęredaret nõ inſerta aliqua cã,teſtm̃ eſſet nullũ, ſed ſi inſereret illã cauſam q ideo nõ inſtituit,ſed præterijt,vel exhęredauit: quia ſi filius ipſe noluit inſtitui:valeret exhęredatio: & teſtm̃.nec haberet querelã licet illa non ſit de cauſis enumeratis in §.cauſas.vt cum de app.cog.in auſ.quia illæ cauſę locũ ſibi vendicãt qñ filius pręteriret̃:vel exhęredaretur inuitus,ſed qñ volẽs,hoc ſolũ ſufficit pro cã legitima.argu.in l.nõ putauit.§.ſi qs
5 ſua manu.ff.de cõtratab. † Vltimò quærit̃. quid ſi bona ſua pater donauit cũ cõſenſu filij:an põt filius poſt mortẽ venire contra? dic per Cyn.j.ſi quid in frau.patro. l. ij. per Bar.in l.filius.ff.de ſolu.

a ¶Legitimã. Adde gl. & Bartol.in l.j.C. de ope.lib.& Barto.in l. vt iuriſiurandi.ff. eo.

b ¶Itẽ videtur hic tex. Adde ad hæc dicta eundẽ Pau.de ca. in l. omnimodo. in princ. ĩ.eo.Bal.in l.hac edictali.in ver. quã obſeruationẽ.j.de ſecun. nup. Ange.in l. iubemus.j. ad tre, & Ioã. de Imo.in l. quod de bonis.§.cũ fideicommiſſum.ff.ad l.falſid. Alex.de imol.in cõſ. lxix.col.ij.ver. ſuper ſecundo.in cõſ. cviij. co.pe.& in cõſi.cxxviij.in j. vo.in conſil. viij.in iij. vo.Et in cõſil.lxxxiiij.in iiij.vo. Bar.in l.Papinianus. §.ſi cõditioni. ff. eod. tit.& Io.de ana.in cõſil.xcix.Cur.

*2 Quando pater relinquit aliquid filio pro legitima, quod ad eam non ſufficit,licet dicat quod ſi non ſufficit,debeat ſuppleri.tamen ipſo iure,id eſt, ex diſpoſitione legis ſine diſpoſitione teſtatoris poteſt & debet peti ſupplementum.*

*Quando aliquid fit ipſo iure,quod tamen debeat allegari.*

*3 Supplementum legitimæ debet fieri arbitrio boni uiri.*

*Sicut falci.reſecat ipſo iure legata,ita & legitima filij.*

*4 Si pater inſtituat filium in re aliena, uel iure inſtitutionis eã ſibi relinquat licet non potuerit hoc facere in præiudiciũ domini:quia tamen potuit facere in præiudiciũ hæredis,ut teneatur de euictione,cenſetur inſtitutus in æſtimatione ipſius rei, nec poteſt filius dicere ſe præteritum.*

*5 Quid ſi illa erat res propria ipſius filij?*

*Quid ſi inſtituit eum in re quam putabat in rerum natura, & non erat?*

*6 Quid ſi erat in rerum natura,ſed poſtea deſijt eſſe?*

*7 Quid ſi pater poſtquam filio relinquit rem iure inſtitutionis, eã ſponte alienauit quòd filius non uideatur præteritus.*

*8 Deſcendẽs cui debebatur legitima ſi ſit inſtitutus uniuerſaliter in maiori portione quàm ſit legitima: & rogatus per fideicommiſſum reſtituere ſub conditione, uel ad tempus.quo uel qua adueniente reſtituat retenta legitima non cadit in fideicommiſſo, poteſt detrahere in legitimã de corporibus rerum hæreditariarum:nec computat in eam fructus interim perceptos.*

*9 Si detrahit legitimã & trebellianicã:an illi fructus computentur in trebellianicam?*

*10 Si pater relinquit filio tantum quod ſufficiat ad legitimam,in pecunia numerata.poteſt filius dimittere pecuniam,& habere in rebus hæreditarijs.*

*11 Supplementũ legitimæ an debeat fieri duntaxat per hæredem,an etiam per legatarios?*

*12 Filius cui relictum eſt minus quam ſit legitima,ſi ſit ſubſtitutus legatario uel hæredi.an illud quod capit ex ſubſtitutione imputet ſibi in legitimam?*

*Quid in eo quod capit ex iure accreſcendi?*

## LEX XXXVI.

1 SCimus. †Si res filio relicta vel data pro legitima euincatur à filio:non propterea teſtamẽtum eſt nullum:quaſi nihil ſibi videatur relictum:quia loco eius rei cenſetur relicta æſtimatio eius,ſed ad ſupplementum agendum eſt,ſi non ſufficit.Item de eo quòd eſt relictum pro legitima,non detrahitur falcidia: quia legitima plus eſt debita filio, quàm falcidia ſit debita hæredi.Item ſupplementum legitimæ debet fieri de ipſis rebus hæreditarijs. & illa quæ aduentitio lucro veniunt, in eam non imputantur. hoc dicit vſque. §.cum autẽ. & ſic tria dubia in effectu declarat circa præſentem materiam: & ad ſupplementum.l.omnimodo. ſuprà eo
2 dem.veniamus ad caſum. † Not.in principio quòd quando pater relinquit filio aliquid pro legitima:quod ad eam non ſufficit: licet dicat quòd ſi non ſufficit,debeat ſuppleri:nihilominus ipſo iure,id eſt,ex diſpoſitione.l.ſine diſpoſitione teſtatoris poteſt peti ſupplementum: ſed ſi non peteretur, non fieret ſuppletio. & hoc vult gloſſa ſecunda ſuper verbo [ ipſo iure ] que allegat plures leges in ſimili. in quibus cauetur quòd licet aliquid fiat ipſo iure: nihilominus debet allegari. aliter habetur pro non facto. domi. Rapha. in quibuſdam ll. huius titu. videtur intelligere iſtum text. dum dicit [ ipſo iure. ] quòd cenſeatur à patre tacitè relictum etiam illud quod deficit ad ſupplementum. & ſic tenet quòd illud poſsit peti per actionem ex teſtamento: tanquam tacitè relictum.gloſſ.tamen & docto.dum dicunt dari cõdi.ex l. ad ſupplementum. ſentiunt contra, quia ſi daretur actio ex teſtamento, ceſſaret condi. ex l. quæ eſt remedium ſubſidiarium in defectum ordinarij remedij. ideo melior eſt intellectus quem ſuprà poſui. vt velit dicere quòd ipſo iure, id eſt, ex diſpoſitione teſtatoris. & ita eſt de mente literæ, dum
3 dicit [ & ſi non adijciatur ] ſupple per teſtatorem. † Item

not.ꝙ ſupplementum legitimæ debet fieri arbitrio boni viri.per
quod dicit Oldr.ꝙ ſi iudici(qui dicitur bonus vir.l.cõtinuus.§.
cũ ita.de verb.obli.) videatur equum:poterit facere ſupplemen-
tum in vna re hæreditaria tãtùm:vel duabus.licet de iuris rigore
poſſet filius eam petere in ſingulis rebus.& hoc ne incõmodum
ſubſequatur ex diuiſione cuiuslibet rei.l.non amplius.de lega.j.
4 †Item no. ꝙ ſicut falcidia reſecat legata ipſo iure:vt l.lineã.ff.ad
l.fal.ita & legitima filij.In §.[quærebatur.] no.& ille eſt intelle-
ctus literæ licet ineptè loquatur. ꝙ ſi pater inſtituat filium in re
aliena,vel iure inſtitutionis eam ſibi relinquat, licet nõ potuerit
hoc facere in præiudicium domini: quia tamen potuit facere in
præiudicium hęredis:vt teneatur de euictione: cenſetur inſtitu
tus in æſtimatione ipſius rei & ſic certè nõ poteſt dicere filius ſe
præteritum quaſi nihil ſibi fuerit relictum. & ſic iura vetera re-
manent incorrecta.vt l.omnimodo.ver. & hæc quidem.s. eo.&
per cõſequens teſtamentum nõ eſſet nullum.& hoc ſiue ſciebat
rem alienã,ſiue ignorabat:quia erat cõiuncta perſona.vt j.de le-
5 ga.l.cum alienã.& etiam fauore teſtamẽti,ne rumpatur. †Quid
autẽ ſi illa erat res propria ipſius filij?Reſpon non valet inſtitu-
tio,vel relictum ſibi factũ,vt in l.mea res. de cõdi. & demon. &
ſic non videtur relicta æſtimatio. & diceretur præteritus : & te-
ſtamentum eſſet nullum ſecundũ Bal.licet pater haberet vſum-
fructũ.quia morte eius finitus. Itẽ ſi inſtitueret eũ in re quã puta
bat eſſe in rerũ natura,& nõ erat:& ſic nõ valet,circa quod vide
6 Bar.in l.ſuus quoq;.in fi.principij.ff.de hęre.inſti.] Quid autem
ſi erat in rerum natura:& poſtea deſijt eſſe?dic ꝙ ſi viuẽte patre,
filius reputabitur præteritus : niſi aliud ſibi relinquatur, ſi verò
poſt mortẽ patris,damnum erat ipſius filij.ff.de bo.lib.l.ſi patro-
nus.§.j.nã & ſi patrimoniũ augeretur poſt mortẽ:non propterea
augeretur legitima,vt eadẽ lege.§.fi.quod tene mẽti:& eodẽ mo
do ſi filius diſſiparet rem ſibi datã à patre pro legitima:ſiue viuẽ
te patre,ſiue poſt eius mortẽ,damnũ eſſet ipſius filij,nec pater te
neretur loco illius rem aliã relinquere:ſicut nec dotare filiã quæ
dotẽ primã diſſipauit.vt no.in l.ſi cũ dotẽ.§.j.ff.ſol.mat.hic tamẽ
nõ obſtante ꝙ diſſipauit, nõ poteſt alimẽta denegare ſecũdùm
Bal.arg.ff.de ope.lib.l.libertus qui operarũ.in fi. nec etiã denega
rẽ quominus ipſum redimat ab hoſtibus. ſecundùm Bal.qui ita
no.in aut.ſi captiui.circa fin.s.de epiſ.& cle.Et adde quod idem
7 not.in aut.ꝙ locũ.j.de colla. †Quid autẽ ſi pater poſtquam filio
reliquit rẽ iure inſtitutionis,eã alienauit ſpõte. an videatur inſti.
reuocaſſe.& ſic filius remaneat præteritus, videtur quod ſic per
l.fideicommiſſa.§.ſi rem. de leg.iij.cõiuncta.l.quoties. de hæred.
inſti.Contrariũ tenẽt doc.fauore teſtamẽti;ne rũpatur cũ ſucce-
8 dat inſtitutio in æſtimatione.†In §.[repletionẽ.] no.primò ꝙ ſi
filius vel alius deſcendẽs cui debebatur legitima,ſi inſtitutus v-
niuerſaliter in maiori portione quã ſit legitima,& rogatus per fi
deicõmiſſum reſtituere ſub cõditione,vel ad tẽpus:& aduenięte
cõditione vel tẽpore reſtituat retenta legitima,quæ non cadit in
fideicõmiſſo.vt s.eo.l.quoniã in prioribus.poteſt detrahere in le
gitimã de ipſis corporibus rerũ hæreditariarũ;nec habet imputa
re in eã fructus interim perceptos.quia illi non ſunt hæreditarij:
cũ nunquã fuerit teſtatoris.vt l.quod his verbis.ff.de leg.iij.& le
gitima debet detrahi ex ſubſtãtia defuncti.vt hic dicitur.i. ex re-
bus quæ fuerũt eius.ſecus in trebel. in quam imputãtur fructus
percepti iudicio teſtatoris puta pẽdẽte die, vel cõdi. fideicõmiſ.
vt j.l.in fideicõmiſſariam.ff.ad treb.Sed cõtra de l.papinianus.§.
vnde ſi quis.ff.e.& de l.iubemus.in princ.iuncto fi.j.ad treb.vbi
eſt hoc ſpeciale in liberis primi gradus:ꝙ nõ imputẽt,iſte autem
tex.ſine dubio locũ habet etiã in liberis ſequẽtiũ graduũ quibus
debetur legitima.omnes enim iſtæ ll.ita debẽt intelligi.Sol. cõſi-
dera tria iura.ſ.ius antiquũ ffõrum.& ſecundũ illud fructus iudi
cio teſta.percepti imputabãtur in legitimã.& etiã in trebel. tã li-
be.primi gradus,quàm ſequentiũ.vt in §.vnde ſi quis.Itẽ ius.C.
ante Iuſtinianuũ:& tunc fuit introductum ſpecialiter in liberis
primi gradus,vt nõ imputarent in trebel. & per cõſequẽs nec in
legitimã.in quam trebel.cõputabatur:quia non erat detrahenda
niſi vna quarta,& iſte eſt caſus in l.Iubemus.j.ad trebel. quã cre
do fuiſſe Theodoſij.Tertiũ ius fuit illud Iuſtiniani.ſecũdũ quod
licet ille tex.loquatur in filijs,generaliter intelligitur in omnibus
9 deſcẽdentibus,vt nõ imputent in legitimã. †Sed pone ꝙ detra-
hit legitimã & trebellianicã,quia rogatus erat ſub cõditione ſe-
cundũ opinionẽ canonizatã in c.Raynutius.de teſta.An ſaltem
tunc fructus cõputentur in trebellianicam? habui ſemel conſu
lere.& viſum fuit mihi quod ſic:quia text in l.iubebus loquitur
quãdo detrahitur vna tantũ quarta, quod patet quia dicit quod
retenta quarta dodrans reſtituitur,quæ quarta trebellianica im-
putabatur in legitimã.& magis cõtemplatiõe legitimæ fuit hoc
introductũ quàm trebellianicæ:ſi ergo detrahũtur ambæ, ſuffi-
cit ꝙ liberi primi gradus vel ſequentiũ habeãt hoc priuilegium
quantum ad legitimam : ſed in trebel.debeant computare.vt ſic
quantũ minus fieri poteſt recedatur à diſpoſitione iuris veteris.
& ita legendo Boñ.infortiatum tenui in l.mulier.§.cum propo
neretur.ff.ad treb. & ita cõſului in ciuitate iſta in quodã caſu de
mutina.plures doc.viderunt. & fuit viſum eis quod imaginatio
eſſet bona:tñ quia nullus tãgit,& ſic nõ habet authoritatẽ,nolue
runt ſe ſubſcribere : ſed ego ita iudicarem ſi eſſem iudex.& vide
10 quod not.Bart.in l.quod de bonis.§.quod auus. ff.ad.l.fal. †Se
cundò no.arg.ex illo tex.ſecundũ Guli.de cu.quod ſi pater reli
quit filio tantũ quod ſufficiat ad legitimã in pecunia numerata,
ipſe verò velit habere in rebus hæreditarijs, & dimittere pecu
niã,poteſt.ar.ff.de mino.l.ſi in emptione.j.de admi.tut.l.lex.quæ
tutores.§.j.& in auth. neq; virũ quòd ex dote.§.j. & ff.de bo.lib.
l.libertus qui ſoluendo.in quibus pater ꝙ debet haberi conſide
ratio affectus quã habet ad bona paterna.Sed cõtra de tex.pro
cedenti.ibi dum dicit habeat rem, vel pecunias &c. ſed dic ꝙ ſi
militer loquitur quando idẽ cõſenſit habere pecuniã,nos loqui
mur qñ non cõſenſit. Itẽ in contrarium facit in auth. vt cum de
ap.co.§.cæterũ:ſed dic ꝙ nõ poteſt dicere teſtamentũ nullũ tan
quam præteritus : tñ poteſt petere res ipſas.i.pecuniã dimittere
Item cõtra.de leg.j.l.nõ amplius. § fi. ſed dic ꝙ in ſingulis rebus
nõ debet petere propter incõmodam ſeparationẽ, ſed iudex po
teſt in vna re vel duabus eam ſibi aſſignare. arg.j. quãdo & qui
quarta pars debetur. l.ij.lib.x. ſecundùm Gul.de Cu cuius ſunt
11 hæc verba. †Tertiò facit iſte tex. ad q.illã qua quæritur an ſup
plementum legitimæ debeat fieri duntaxat per hæredẽ:an etiam
per legatarios quia ſi fuerũt legatæ res hæreditariæ & filius vo
let habere de ipſis rebus,videtur ꝙ debeat fieri etiam per lega
rios.quaſi iſtud onus ſequatur res ad quoſcunq; vadãt. & tenet
net Ang.in l.papinianus.ff.eo.ſecus in legatarijs quantitatis &
ita debeat intelligi quod no.Bar.in l.in quartã. ff.ad l.fal.vbi mo
uet iſtam.q.& tamen non facit iſtam diſtinctionẽ.& alle.l.libe
tus ſub condi. §.ij. de bonis liber. Bal.etiã tenet quod dixi:
multi text. ſint qui probant & dicunt debere fieri ſuppletionem
12 per hæredes & pluries vidi hoc de facto. † Vltimo ſingulariter
not. quod ſi filius cui eſt relictum minus quàm ſit legitima
ſubſtitutus legatario vel hæredi:illud quod capit ex ſubſtitutio
ne:non imputet ſibi in legitimã:& ideo in eo quod capit ex iure
accreſcendi etiã non imputat. & iſta ſunt valde dubia. cum ſint
de corpore bonorum defuncti:ideo deberent imputari:circa hoc
vide Bar.in.l.in quartam.circa finem.ff.ad l.fal.

1 ☞ *In quibus differat iſte §.à l.quoniam in prioribus.s.eo.*

1 §.Cùm autem. †De fideicõmiſſo vniuerſali relicto
filio ſub cõditione vel in diẽ vſq ad
legitimã ſibi debitã detrahitur cõditio vel tẽpus.in reſiduo vero
2 remanet.h.d.notab.†& differt à.l.quoniã in prioribus.s.eo.quia
ibi loquitur quãdo ſola legitima fuit relicta ſub cõditione,vel in
tẽpus quo caſu remouet cõditio,& dilatio, hic vero qñ vltra le
gitimã:imo tota hęreditas fuit relicta vnde videbatur ꝙ debet
compenſari illud plus cum grauamine cõditionis vel tẽporis
ſic nõ deberet remoueri arg. s.eo.l.ſi pater puellæ. & per regulam
qui in vno releuatur in alio grauatur,& ecõuerſo : vt in l.cũ qui
ff de iureiu.tamen contrariũ eſt.vt hic patet.ſimile quod no.in l.
omnium.ff.de vſufruc.& l.vxori.de vſufr.leg.vbi relictum pro
prietatis vltra quã debeatur pro legitima, nõ compenſatur cum
fructibus legitimæ:imo eo nõ obſtante debet habere fructus le
gitimæ:& ſic de legato vſusfructus:debẽt deduci.Itẽ in alio dif
fert:quia in l.quoniã in prioribus.communiter per antiquos do
ctores fuit intellecta in cõditione poteſtatiua.quæ dicitur conti
nere grauamen.iſte autem.§.loquitur etiam in caſuali:quia ſubſti
tutus fuit rogatus reſtituere poſt mortem filio.nam habet in ſe
conditionẽ ſi filius ſuperuixerit ipſi grauato.vt.l.heres meus cũ
ca prin.ff.de condi.& demon.& tamẽ reijcitur illa cõditio vſq
ad legitimam. & ſic illa debet incontinenti reſtitui. ſed in reſi
3 duo expectatur euentus conditionis. † Ideo Bartol.per iſtum
§.approbat

§. approbat opi. gl. quæ tenuerunt in l. ſi pater. j. de inſti. & ſubſti. & l. ſuus quoq;. de hæred. inſti. quod conditio caſualis vel mixta rejiciatur hodie de legitima: & ſic illa iura ſint correcta, quæ volunt teſtamentum eſſe nullum, ſi filius ſub illa conditione inſtituatur: & in eius defectū non exhæredetur, quaſi interim ſit præteritus. & nihil ſibi ſit relictum, ſed certe non eſt præteritus ſi rejicitur conditio. de legitima, & ſic valet teſtamentū. per iſtū §. & dicit q legendo ipſum de hoc perpendit. & ſic mutauit opinionem: cum pluries per prius conſuluerit contrarium ſequendo alios doctores, ſed do. Ray. de Forly. qui legebat hoc, ſcripſit ſibi peruſij, quòd ille §. nihil faciebat: quia loquitur de iure. C. q non requirebat titu. inſti. ſed ſufficiebat quoquo relicti titulo. vt l. omnimodo. ſupra eodē. ſed ipſe reſpondet q iſtud nihil ad propoſitum, ſed dic vt ipſe notat in dicta l. ſuus quoq;. fateor autem quod iſte §. eſt hodie correctus, dum vult quod ſufficeret relinquere filio legitimā per fideicommiſſum vniuerſale. quod tn̄ de iure digeſtorum non erat. imo talis filius habebat contra tab. tanquam præteritus. vt in l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad trebel. & hodie idem eſt per ius authenticorum vt in §. aliud quoque capitulum * in authentica vt cum de appellatione cogno. * licet quidā dixerint contrarium: quia fideicommiſſarius vniuerſalis videtur hæres vt in l. ſi filius. ff. quod cum eo. & hoc tāgit hic gl. ſed verum eſt quantum ad effectum: quia habet vtilia iura: non quantum ad honorē: quia non habet directa. & honor conſideratur in legitima. vt in l. filiū. de leg. præſtan. ideo requiritur hoc dictu. inſtit. non quantum ad hoc q reuocatur conditio. iſte §. non eſt correctus. & hoc voluit Bar. Or. ſufficiat.

1 §. Illud præterea. † Tempus querelę incipit currere adita hæreditate: quæ debet adiri infra ſex menſes, vel annum: qn̄ filius eſſet exhæredatus: aliàs habetur pro repudiante: & querela etiam non præparata, vel non nata, quæ tamen naſci ſperatur, tranſmittitur per filium ad ſuos deſcendentes. hoc dicit vſq; ad finem. Et hoc vltimum declara: vt i. eo. l. ſi quis filium.

*1 ❡ Quando aliquis teſtatur ex priuilegio quod contra eius teſtamentum non detur filio querela. & nu. 5.*

*2 ❡ Contra teſtamentum militis militantis, & in expeditione degentis non datur querela.*

*Qui tunc poſſit teſtari ſine ſolennitate teſtium, & duo teſtes ſufficiant etiam ſi ſit in poteſtate patris.*

*Quid ſi deſinat militare, & effectus ſit veteranus. & nu. 4.*

*Triplex peculium filijſa. & de quo poſſit teſtari, & an tunc ſubiaceat querelæ.*

*Quid in filijſfa. habentibus peculium acquiſitum de publico?*

*Fortius & potentius eſt teſtamentum factum ex priuilegio, quàm teſtamentum factum de iure communi.*

*Vnum priuilegium trahit ad ſe aliud priuilegium.*

## LEX XXXVII.

1 Cum antiquis. † Lex iſta eſt lōga, & aliqualiter confuſè dictata: & intentio fuit eius principaliter decidere illud dubiū. ſ. an filiusfa. habens quaſi caſtrenſe peculium poſſit de ipſo teſtamentum regulariter teſtari nō poteſt: etiā de voluntate patris: & etiam de peculio aduentitio. de quo pater nō habet vſumfructum ſecundùm glo. & doct. in l. pe. j. qui teſt. fa. poſ. Item clarū

2 eſt q de peculio caſtrenſi ª bene poteſt teſtari. ſed erat dubium de quaſi caſtrenſi: & dicitur quaſi caſtrenſe illud quod acquiſiuit officijs publicis: & de publico. Et dicitur hic q de iure veteri reperiebatur in quibuſdam perſonis q teſtari poterant: puta in conſulibus: & in præfectis regionum, & præſidibus prouinciarum, & in alijs qui habuerunt officium cum dignitate: ſed dubiū erat quid in alijs qui habuerunt officia ſine dignitate. vt notarij, aduocati, ſalariati de publico ad ſcribendum aduocandum. & doct. & magiſtri artium ſalariati ad legendum, vel docendū: nā illa ſalaria dicuntur eſſe quaſi caſtrenſe peculium. Et breuiter reſpondetur & deciditur per iſtam l. q idem ſit. vt poſſit teſtari ex priuilegio huius l. licet ſint in patris poteſtate: mortuo verò patre, vel poſtquam exiuerunt patriam poteſtatem: nō dicitur amplius peculium quaſi caſtrēſe, ſed deſinit eſſe peculium, & trāſit in nomen patrimonij: & ſic non teſtatur ex priuilegio: ſed de iu

3 re communi. † Et effectus huius eſt: quia primo caſu cum teſtetur ex priuilegio, contra tale teſtamentum nō datur filio querela: ſicut nec contra teſtamentum militis: qui teſtatur ex priuilegio militari. etiam ſine aliqua ſolennitate iuris ciuilis: ſed in ſecūdo caſu quando teſtatur de iure communi: & non ex priuilegio, teſtamētum tale ſubijcitur iuri communi: etiam quo ad querelam, vt poſſit contra ipſum intentari: hæc eſt ſubſtantia huius l. in breui. quæ primo ponit vnam regulam claram in iure. de quo

ª ❡ De peculio caſtrēſi. Adde doct. in rub. extra de pecu. cle.

3 etiam habetur ſ. e. l. qui de inoffi. † videlicet q contra teſtamentum militis militantis: q in expeditione degentis, nō datur querela. & in hoc miles habet priuilegium, de quibuſcunque bonis ipſe teſtetur. habet etiam aliud priuilegium, q poteſt teſtari ſine ſolennitate teſtiū: quia ſufficiunt duo teſtes: vt l. j. de teſta. milita. Itē tertiū ſi eſt in patris poteſtate: quia nihilominus pōt teſtari. Si aūt deſinit militare, & effectus eſt veteranus, ſi erat ſui iuris: nullū de iſtis priuilegijs habet. & ſic debet teſtari de iure cōi: ſicut & alij teſtantur: & contra teſtamentū ipſius datur querela: vt in l. Papinia. §. cōtra veterani. ff. eo. Si aūt ſit in patris poteſtate, permittit Imperator quod poteſt habere triplex peculium: ſcilicet caſtrenſe, quod acquiſiuit in caſtris, q in actu militari. Item quaſi caſtrenſe, quod acquiſiuit ex officijs publicis. Item paganicum, quod aliunde acquiſiuit: conſtat autē q ſine ſolennitate teſtiū poſtquā non militat, non poteſt teſtari. Item conſtat quod de caſtrenſi peculio bene pōt teſtari. licet ſit in patris poteſtate. Itē conſtat q de paganico non: ſed eſt dubiū de quaſi caſtrenſi: & Imperator dicit quod olim reperiebatur in quibuſdā: vn̄ erat dubiū de alijs. & decidit in omnibus habentibus quaſi caſtrenſe peculiū: vt de ipſo poſſint teſtari ex priuilegio huius l. licet ſint in patris poteſtate: & quia teſtantur ex priuilegio, tale teſtamentum nō ſubijcit querelæ. ſicut nec qn̄ teſtantur de caſtrēſi peculio: poſtquā verò fuerint effecti ſui iuris, deſinit appellari peculiū caſtrenſe, vel quaſi. & non teſtātur de priuilegio, ſed de iure cōi. Igitur ſubijcitur querelæ. Si aūt miles eſt in expeditione, licet ſit ſui iuris, non deſinit dici caſtrenſe peculiū: nam dicitur miles habere duplex patrimoniū: ſcilicet caſtrenſe, & paganicum. & habet priuilegium vt poſſit facere duo teſtamenta. & vnū inſtituere in vno: alterum in altero: & vno repudiante alteri nō accreſcit: ſed decedit inteſtatus in illo. contra regulā q non poteſt quis decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. de quibus dic vt in l. j. cum ſequen. j. de teſt. mil. & in iſtis ſtat ſubſtantia huius l. quàm gl. malè intellexerunt. & etiam docto. valde pa

4 rum: imò nihil ſubſtantialiter declarāt. † In tex. ibi. [ In caſtrenſibus & enim. ] hic incipit loqui de his qui non ſunt milites: fuerunt tn̄, & deſierunt militare: & habent peculiū acquiſitū in caſtris. vel nunquā fuerūt, & habent peculiū acquiſitū de publico. & ſunt filijfa. & de iſtis loquitur vſq; ad §. fin. Si enim eſſent ſui iuris: etiam ſi fuiſſent milites, nullum habent priuilegiū: nec quo ad poteſtatem teſtādi: quia poſſunt teſtari de iure communi: nec quantum ad ſolennitatem euitandam: licet fuerint milites: ex quo deſierunt militare. nec quantum ad querelam: in iſtis ergo qui ſunt in patris poteſtate, & non ſunt milites, vertitur dubiū. an priuilegio poſſint teſtari de dictis peculijs. & per conſequēs an eorum teſtamenta ſubijciantur querelæ. & dubium principaliter conſiſtit in quaſi caſtrenſi peculio. nam de caſtrenſi non eſt dubium quòd ſic. vt in ver. [ ſed & veterani. ] Item de paganico clarum erat quòd non remanet dubium de quaſi caſtrenſi: vnde reſponde vt ſequitur. quòd olim reperiebatur in quibuſdam tantum, & non in alijs, ſed deciditur quòd in quibuſcunque habentibus tale, ſcilicet quaſi caſtrenſe. ad ſimilitudinem habentis caſtrenſe: vt in ver. [ in his itaque omnibus. ] ibi [ ad limitationem peculij caſtrenſis &c. ] Idem de alijs ibi: dum dicit. [ patronis cauſarum. ] dicit domi. Rapha. quòd hic eſt tex. de eo quod dicunt gloſſ. in multis locis. quòd olim aduocati habebāt ſalarium de puplico: & nihilominus recipiunt à clientulis quod hodie non ſeruatur: ſed Florentiæ ſunt duo ciues deputati pro ſapientibus communis: qui ſunt aduocati fiſcales. &

5 habēt ſalariū de publico. Et recolligit ex iſta l. mirabile. † quòd fortius & potentius eſt teſtamentum factum ex priuilegio. quia non ſubijcitur querelæ, quam teſtamentum factum de iure cōmuni, quod ſubijcitur querelæ. regulariter contrà: quia potentius eſt ius commune quam priuilegium, vt l. eius militis. §. ſi militia. ff. de teſta. mili. & quod not. in l. j. ſuprà ſi aduer. ven. in vltima gloſſ. in fine, & ſic vnum priuilegium trahit ad ſe aliud priuilegium. ſed ius commune priuilegium ad ſe non trahit. & iſta ſunt merè poſitiua: quia non poſſit aſſignari viua ratio, & mul-

tũm vrgens.

## *De inofficioſis donationibus. Rubrica.*

1 *Querela inofficioſæ donationis, quare & à quibus fuerit introducta?*
*Ius agendi ad ſupplementum, quanto tempore tollatur?*

Præmitte quod aliquãdo donatio reuocatur propter defectũ
donatarij: quia eſt ingratus erga donatorẽ: & tunc loquitur. l. ſi j.
de reuo. dona. Interdum ex tacita voluntate donantis. propter li
beros de nouo ſuſceptos. quos non putabat donator ſe habitu-
rum. vt loquitur. l. ſi vnquam. eod. tit. nam tunc reuocatur: etiam
ſi non ſit inofficioſa: dummodo ſit de dimidia vel maiori parte
bonorum: & reuocatur ipſo iure etiam viuente donante. & cir-
ca materiam illius. l. quæ eſt nota. Bal. hic in pe. & vlt. col. format
plures notabiles quæſtiones. Interdum reuocatur contra volun-
tatẽ donatoris, quando eſt inofficioſa: quia per eam filij fraudan
tur legitima. & tunc reuocatur per filios: poſt mortem tamen do
nantis. quoniam primò non erat eis debita legitima. vt. l. j. §. ſi im
puberi. ff. de col. bo. & non reuocatur ipſo iure: ſed per querelam
inofficioſæ donationis per prius reſcinditur donatio. & ea reſciſ-
ſa res donatę reuocantur. vt hic in gl. magn. in x. & vlt. quæſtio.
ſicut quãdo in fraudem patroni: vel in fraudem creditorum re-
uocantur per caluiſianam. & Paulianam: vt inſtit. de act. §. Item
ſi quis in fraudem. & ff. ſi quid in fraudem patroni. per totum.
quam tamen Caluiſianam vel Paulianam non habebant filij in
bonis patris niſi filij adoptiui pro quarta quę eis debetur ex con
ſti. principis. vt ff. ſi quid in frau. pa. l. ſi. iuncta. l. nõ vſque adeo.
2 ff. ſi quis à paren. fue. manumiſ. † fuit autem introducta querela
inofficioſæ donationis per conſtitutiones principum: nam per
iura fforum nõ erat prouiſum filijs quando fraudabantur legiti-
ma: niſi quando per teſtamentũ: quia non relinquebatur eis inte
gra legitima, quæ erat quarta bonorum quæ defunctus habebat
tempore mortis. quo caſu dabatur filijs querela inofficioſi teſta-
menti: per quam totum teſtamentũ reſcindebant. parẽtes autem
volentes filios fraudare nõ eligebant viam teſtamenti: ſed viam
cõtractus, ſeu donationis, diminuentes patrimoniũ per donatio-
nem. & non relinquentes tantũ ꝙ ſufficiebat ad legitimã filiorũ:
& de illo modico ꝙ eis remanebat relinquebant quartã partem:
vnde nõ habebant querelã inofficioſi teſtamenti. quoniam habe
bant quartã bonorum quæ erat tempore mortis: vt l. cum quę-
ritur. s. tit. j. & ſic remanebant deſtituti. & fraudati legitima pro-
pter hoc: quia reſultabat iniquitas ꝙ parẽtes tali modo filios frau
darent. Ideo emanauerunt conſtitutiones principũ: & prima fuit
imperatoris Alexandri. cuius tempore fuit Vlpianus. de quo fit
mentio in l. Titia. §. Imperator. ff. de le. ij. & in nullo alio loco ha-
betur mentio in volumine. ff. de illa querela: poſtea per conſtitu
tionem aliorum principũ: quorum ſunt. ll. huius tit. quæ dãt que-
relam vſque ad integram legitimam, & in hoc differt à querela
inofficioſi teſtamenti. quæ datur in totum: & quatenus ab inte-
ſtato eſſet habiturus: vt in. l. mater. ff. de inoffi. teſt. poſtea emana-
uit cõſtitutio nouiſſima Iuſtiniani. de qua. s. ti. j. auth. vnde ſi pa-
rens. quæ videtur hoc introducere de nouo. vt ſi aliquid fuit reli
ctum filijs fraudatis, quod tamen ad legitimã non ſufficit, inſpe-
cta quãtitate bonorum quæ erat tempore donationis, nõ agatur
querela: ſed agatur ad ſupplementum legitimę ſi donatio erat fa
3 cta vni, vel aliquibus filijs magis dilectis. & eſt vtile † quia que-
rela inoffi. dona. durabat quinquennio: ſicut querela inoffi. teſt.
vt. j. eo. l. filius agendi ad ſupplementum eſt perpetuum. quia pe
titur conditione ex illa auth. & ſic actione perſonali. quę durat.
xxx. an. ſecundùm communem opi. doc. licet Bar. tenuerit quod
ius agendi ad ſupplementum tollatur quinquennio: ſicut quere-
la. per. l. ſi quis filium. in fi. s. ti. j. & omnes doc. moderni tenẽt con
trarium. Si autẽ donatio ſit facta extraneis, videntur iura vetera
incorrecta: & ſic dabitur querela. tamen videtur reſultare incon
ueniens. ꝙ filius defraudatus ſit deterioris conditionis quãdo fa
cta eſt extraneis, quàm quando fratribus. vnde poteſt dici quod
vtroque caſu detur conditio ex. l. tamen quãdo filijs, nunquam
reuocatur: niſi vſq; ad legitimam. etiam ſi ſit inofficioſa re & con
ſilio: & ita intelligatur illa auth. quando verò extraneis, ſi eſt in-
officioſa re & conſilio, reuocatur in totum: & ſic agitur querela.
quæ durat quinquennio. Si verò re tantũ, agitur ad ſupplemen-
tum legitimæ. & non vltra: & agitur per condi. ex. l. quæ eſt per-
petua. non per querelam. Quantum verò ad querelã inofficioſi
teſtamenti, non eſt verum. nam ſit inofficioſum re & conſilio. ſi
re tantũ: quia vtroq; caſu datur in totum quod habiturus erat fi-
lius ab inteſta. quia facilius rumpitur teſtamentum quod funda-
tur in vnius voluntate tantum, quàm donatio quæ fundatur in
voluntate duorum.

1 *Querela inofficioſi teſtamenti, & querela inofficioſæ donationis in quibus diffe-*
*rant, remiſsiuè.*
2 *Ius agendi ad ſupplementum, an ſolum competat reſpectu bonorum quæ erant tempore*
*mortis, an etiam reſpectu inofficioſæ donationis antea factæ?*
4 *Donatio facta alicui, quando reuocetur uſque ad legitimam filiorum tantum, & quan-*
*do in totum: & quid ſi facta fuerit pio loco, ut eccleſiæ, uel monaſterio, ſeu hoſpi-*
*tali?*
5 *Pater habens unicum filium, ſi donauit alicui extraneo dodrantem, & ſic non fuit dona-*
*tio inofficioſa, & poſtea in alijs tribus uncijs remanentibus filium hæredem inſti-*
*tuit, & legatis & fideicommiſsis grauauit, an habeat aliquod remedium contra*
*iſtum donatarium?*
6 *Si pluribus ſingulariter donauit, an ultima donatio reddat aliàs inofficioſa?*
7 *Si donatio non exceſsit dodrantem, ſed poſtea donans reliqua bona caſu amiſit, an fin-*
*getur donatio inofficioſa?*
8 *Quæ actio proponatur, pro reuocanda huiuſmodi donatione?*
9 *An talis filius in cuius præiudicium pater donauit, ſit ſimilis patrono reſpectu liberti?*
10 *Filius quando poſsit reuocare alienata per patrem, titulo onēroſo?*

## LEX I.

1 SI vt allegatis. † Si per donationẽ, legiti
ma filiorũ minuatur, per
querelam inofficioſæ donationis vſque ad legiti
mã reuocatur donatio. hoc dicit Bart. Certè hoc
vltimum non dicitur in tex. quòd vſque ad legiti
mã tantũ reuocetur: ſed bene dicitur quòd ex eo quia filij frau
dati nõ habebant integram legitimã, datur querela: nam tex. lo
quitur quando donatio erat facta extraneis, vel aliquibus ex li
beris: & conſtat ſecundùm opi. doc. & gl. quòd quando extra
neis, ſi eſt inofficioſa re & conſilio, reuocatur in totum. per. l. ſi
libertus minorem. in fi. ff. de iure patro. vnde iſte tex. in fin. prout
refertur ad donationem factã extraneis: cum in prin. dicat quòd
fuit facta ad eludendum querelam inoffi. teſt. & ſic fuit inoffi
cioſa re & conſilio, debet intelligi quod reuocetur in totum. ſed
prout refertur ad caſum quando fuit facta liberis, eſt verum
quod dicit Bartol. vt debeat intelligi quòd reuocetur vſque ad
legitimam: & hodie non per querelam: ſed ius agendi ad ſup
plementum. vt dixi ſuper rubrica. & pone caſum hic prout po
ſui in authen. vnde ſi parens. quòd pater donauit. x. vncias bo
norum ſuorum duobus ex liberis, vel extraneis: & ſic non ſer
uauit integram legitimam filiorum: quæ erant tres vnciæ ſecun
dùm illa tempora. hodie verò quatuor: deinde in teſtamento il
los eoſdem filios donatarios, & etiam alios duos inſtituit vniuer
ſales hæredes. & ſic alij duo de alijs duabus vncijs non haben
niſi vnam: cùm debuiſſent habere vnam cum dimidia pro inte
gra legitima. & vltra hoc plura legata fecit. & ſic patrimonium
exinaniuit. dicitur quòd illi duo filij fraudati habent querelam
inofficioſæ donationis: quæ fuit introducta ad ſimilitudinem
querelæ inofficioſi teſtamenti. glo. verò non ponit quòd illi duo
filij donatarij fuerunt inſtituti vna cum alijs duobus: ſed quòd
illi duo: alij tantum in alijs duabus vncijs remanent hæredes.
Et ponendo illo modo reſultat contrarium. de quo in prin. gl.
mag. Sed ponendo vt dixi. ceſſat illud contra. & illo modo Bal.
ponit caſum hic. & bene. veniamus ad caſum. In text. ibi. [ſi vt
allegatis.] loquitur filijs fraudatis à matre: qui erant ſaltem duo.
ex quo loquitur in plurali. vt. l. vbi numerus. de teſti. ff. & illi
quibus erat facta donatio, ſaltem erant duo. per text. ſeq. qui lo
quitur in plurali: dum dicit in quoſdam liberos. In tex. ibi. [ad
eludendam inofficioſi querelam.] & ſic patet. quòd erat inoffi
cioſa non ſolum re, ſed etiam conſilio: quia videns non poſſe
fraudare duos filios per viam teſtamenti: quia competeret que
rela inofficioſi, ad excludendum illam elegit viam contractus,
credens ſibi ſufficere quòd de illo modico ſibi remanente reli
queret iſtis duobus quartam partem per. l. cum quæritur. s. eo.
ipſa autem relinquit nõ ſolum quartam partẽ: ſed dimidiam po
nendo caſum vt poſui: vel totum quod remanſerat ſi ipſos ſolos
inſtituit in illis duabus remanentibus. ſecundum vnam poſitio
nem glo. vel ſaltem quartam. ſecundùm aliam poſitionem. quia
in duabus vncijs minutis: diuidendo illas gloſſas. in. xij. & ſic
habebant vltra quartam inſpecta quantitate bonorum quæ
erant